5

~~16~~

cost $ 05/m99
sell DM. 995

EX LIBRIS



ROBERT WALSINGHAM MARTIN

FROM THE COLLECTION
OF CHARLES BUTLER OF
WARREN WOOD
HATFIELD

John Jay Paul.

1921.

Book £26 – – S&W 1/3/91

Binding 3. 5 –

1. 10. –

£ 30. 15 –

C. Paine's Sale

sold for £106 in Huth Sale

Esopi appologi siue mythologi cum quibusdam carminum et fabularum additionibus Sebastiani Brant.

Appologus siue mythologus est sermo narrans aliquid per fabu-las


ESOPVS

Adelbero de Rapperg insignis ecclesie Basiliensis decano meritissimo: magneqꝫ virtutis et nobilitatis viro prestātissimo: dn̄o suo et patrono obseruātissimo Sebastianus Brant Argētinensis: cum felicitate gaudium optat et salutem.

QUi suas prestātioribus viris hactenus dedicasse legunt lucubratiūculas/ vigiliarūqꝫ suarū labores: eos ego clarissime Adelbere/ totius nobilitatis vnicū specimē haud ineptos fuisse existimo. Quippe vt et apud Flaccum est: principibus placuisse viris nō vltima laus est. Hanc etenim cōsuetudinem/ et a iouis illius tyrāni fedissimi (quē poete fabulant̄ sūmū maximū) tēporibus: in vsū moreqꝫ habitā: scriptores affirmāt. Is plane cum e regno Saturnū patrē suū pepulisset: ipse quoqꝫ viuendi cōsuetudinē in olympo monte degisset: omnes nouarū rerū inuētores et opifices ad illū cōfluebant: eiqꝫ suas cōsecrarūt inuentiōes Quo quidē exēplo adductus/ phrygius ille Esopus (omniū quotquot fuerūt futuriqꝫ sunt fabulatorꝫ prestātissimus) opus suum grecis effigiatū characteribus: lydorꝫ regi Creso locupletissimo dedicauit. Fecit cōsimiliter Maro qui octauiano augusto: Flaccus mecenati: Germanico cesari: Ouidius: Papinius Vespasiano/ Lucanus Neroni/ Claudianus vero tum Honorio tum Stiliconi: atqꝫ vt plerosqꝫ (quos recēsere in p̄sentia nō datur locus) pertrāseā: alij alijs nobilitate ac prestātia p̄claris hominibus: suas p̄scripsere dedicauereqꝫ vigilias. Haud ab simili et ego ꝓuocatus ratione: cum nuper Esopianos illos apologos quorundā vrgentibus precibus emēdaciores reddere cogerer: Aliasqꝫ nōnullas facecias/ fabellas dicacitatesqꝫ/ et noua scōmata his annectere libuisset: Cui potius ꝙ̄ ornatissime tue virtuti et nobilitati id operis dedicarē/ habui neminem. Et sane absurdū alienūue nulli videri debet: quod hoc presens moralis discipline/ et ad virtutis emulationē opus accomodatissimum: tue insigni prestabilitati/ nobilitatiqꝫ sacrarim: Cum tuaꝫ humanitatē / omnis virtutis et honestatis amplissimū tutissimūqꝫ asylum/ iandudū et noui: et infallibibili me didicisse experimento affirmare haud vereor. Tua itaqꝫ claritudo et prestantior: cum ociosior aliquātulū/ ꝙ̄ in presentiarū (maioribus etenim et his amplissimis diuine humaneqꝫ cōmunionis cōtinuo insistis rebus) redderis: hec nostra vigilata prelia/ salesqꝫ haud infacetos perlege: Et me dignitatis tue plurimū obsequētꝫ seruulum/ amare nō desinas: idqꝫ peculiare tibi ducito. Nam et ego tuū honorꝫ/ magnificentiā et mansuetudinem/ quo ad vixero cunctis predicare gentibus nō desinā. Inuito etiam vt aiunt Saturno. Tu interea cōstantissime cleri pater et patrone/ patrieqꝫ tue et nobilitatis decus: perpetua valitudine prospera et secunda fruaris. Ex Argentina. vij. Kalen̄. februarij Anno a natali christiano: primo post quindecim centesimū.

LAurentius Vallensis insigni viro Arnoldo Seuolle di
cit salutem. Promiserā tibi me nuper coturnices quas
ipse venatus essem missurum. Eas capere (vt homo venā
di insuetus) cum nō possem: ad venationem meam: id est
ad litteras me conuerti. Et forte ad manus venit libellus grecus ex
preda nauali: tres et triginta Esopi fabellas cōtinens. Has omnes
bidui labore venatus sum. Mitto igit̃ ad te Seuolle/ siue fabellas
siue mauis coturnices. quibus oblectare te possis ac ludere. Etenim
si octauianū/ marcūqꝫ anthoniū/ orbis terrarū principes: ludo co-
thurnicum delectatos accepimus: ꝑfecto tu vir/ litterarū amantissi-
mus/ litterato hoc genere ludēdi delectaberis. Et si quis octauiano
aut anthonio pugnacem aliquā harum auium dono dedisset: iucun-
dam illis rem gratāqꝫ fecisset: Ego quoqꝫ tibi iocūdus gratusqꝫ ero
qui plus triginta eius generis aues dono mitto / pugnaces victri-
ces: et si forte hoc te magis iuuat etiaꝫ pingues. Oblectant enim he
fabelle et alunt. nec minus fructus habent ꝙ floris. Sed me/ donū
suum laudare insolentis est. Sic finem faciam. Tu si coturnices ve-
ras ꝙ has fabulas malles/ rescribe: mittā nanqꝫ nō modo coturni-
ces/ sed etiā ꝑdices. Ex vrbe caieta. kl. Maij. M. cccc. xxxviij.

Vita Aesopi fabulatoris clarissimi e greco latina per Rimicium facta: ad reuerendissimum dominum patrem dominũ Anthoniũ tituli sancti Chrysogoni presbyterum/Cardinalem.



Vi per omnem vitam vite studiosissimus fuit: Is fortuna seruus: natione phrygius: ex ammonio phrygie pago fuit Esopus: vir preter ceteros faciem longe deformis. Nam magno capite. acutis oculis. nigro colore. malis oblongis. breui collo. suris crassis. magnis pedibus bucculentus. gybborosus. atque ventrosus. et quod deterrimum erat. Lingua tardus atque blactero: sed technis/astu/et cauillationibus supramodũ preditus. hunc ad seruitia vrbana cum herus inutilem censeret: ad opera rustica pro fossore transmisit. Una igitur dierum cum herus rus proficisceretur: agri curator de ficubus collegit: ac agri domino presentauit: inquiens. cape de primitiuis agrorum tuorum fructibus. At ille letus. Per salutem ait: pulcherrime sunt ficus: iubetque seruo suo nomine Agathopus: vt illas caperet: custodiretque vsque dum e balneo rediret. Eo tempore contigit: quod Esopus ab opere veniens. quotidianum sibi dare panem petit. Agathopus cuius custodie ficus cõmisse erant: cum ex illis duas gustasset: ait alteri de conseruis: Nisi herum vererer: ficus istas ad vnum comederẽ. At ille ait: Si vna tecum manducare me velis: viam dabo: qua nihil mali patiemur? Tunc ait Agothopus: Quo pacto id fieri poterit? At ille inquit: Hero cũ venerit dicas: quod Esopus ab opere veniens illas manducauerit. Esopus cum lingue tarditate se defendere nequiuerit: verberibus quidem cedetur: nos vero nostrum implebimus desideriũ. His sic inter se compositis: dum ficus singillatim manducãt: inter se inquiũt: Ve tibi scapulisque tuis miser Esope. Atque ita interloquendo ficus omnes comederũt. Herus a balneo reueniens: petit ficus sibi apponi. Cui Agathopus ait Mi here: Esopus ab opere veniens cum penu reseratum reperiret id ingrediens/ nulla habita ratione ficus omnes mãducauit. Quo audito herus ira concitus ait: Quispiã ad me euocet Esopum? Is cum venisset. Herus ait: Dic mihi serue nequã: eatenus me veritus es: quod ficus penu mihi repositas ausus es comedere? Esopus his dictis trepidus cum propter lingue nodositatem fari nequiret: coniectans id quod res erat: oculos iecit in eos: qui coram aderant delatores: iussus deinde denudari: ad heri pedes procidẽs: vt potuit punctum temporis sibi dari exorauit.





Xinde cursim vas aque calide: quod apud ignē extabat capiens: atq aquam in peluim infundens ebibit. parum post digitis in ore positis aquā dūtaxat emisit. Nam eo die preter aquam illam nihil adhuc gustauerat. tum rogauit vt delatores sui pari modo aquam biberēt. Qui cum ebibissent: nequid euomerent: manu ori tenebant. Sed stomachus cum iam aque calore esset dissolutus: simul cum aqua ficus emisit. Quod herus aspiciens ad illos reuersus ait: Quid dum mentiti estis in hūc qui loqui haud potest: iussitq illos denudari: ac virgis in publico cedi. Inquiens quisq in alium quippiam dolo fuerit cōtechnatus: pari mercede corium eius erit ornatum: ac die sequenti in vrbem reuersus est. At esopus cum in agro foderet: ecce ysidis sacerdos: qui abrepta in vrbem via errauerat: Esopum adiens rogat: vt que ducit in vrbem: viam stratam sibi demonstret. Esopus leto vultu illum manuducens sub arbore fici consedere fecit. Tum ei de pane. oleis. ficubus. ac dactilis apposuit. vtq manducaret hortatus est: tum ad puteum profectus aquam hausit: illiq bibitum obtulit. Deinde manu prehēdens in viam stratam perduxit. Quo facto sacerdos leuatis ad celum manibus pro Esopo preces effudit: ceu p eo a quo taz libere fuerat acceptus.



Esopus agrum rediens cum iam estus suffocatio esset vt moris est sub vmbra obdormiuit. Dea vero hospitalis/ esopo in somno assistens. largita est sapientiam ac lingue acuitatem / necnon plurimarum variarumq fabularum inuentionē. ceu illi qui sibi deuotus ac hospitalis erat. Esopus somno excitatus. secum ait haud dulciter quieui. sed bellissimum somnum somnaui. Ecce sine impedimento loquor et que video suis nominibus appello: vt est rastrum/ bidens/ asinus/ bos/ currus: per deos singula nominatim teneo. Unde huius notionis gratiam tam subito accepi. pietatem enim qua in hospites plurima sum vsus. deo gratam fuisse arbitror. quippe qui recta agit. is spes optimas animo semper capit. Igitur letabundus accepto iterum rastro agrum fodere cepit. Sed cum agri curator ad operam reuersus. vnum de seruis acriter cederet/ Esopus id moleste ferens villico ait. Cur hūc de nihilo tam acriter cedis ac singulis horis nos abs re cedēdo intermis. nihil opere ipse faciēs. hec tua in nos seuitia vt hero nota sit certe videro. Hec audiens curator nomine Zenas admirans Esopum iā iam loquentem/ et sibi se opponentem. secum ipse ait: Preueniam ac mihi videbo ne hic scelestus apud herum me criminetur: et a villicatione depositus essem. statimq assumpto iumento in vrbem proficiscitur heroq ait: Mi here plurimū salue/ At ille inquit. Ecquid eo trepidus aduenis? Et Zenas ait: Nuperrime in agro tuo res longe monstruosa contigit. Quid ille inquit? Nunquid arbor ante tempus fructum produxit: aut quadrupes preter naturam peperit? Et Zenas: Minime ait: sed seruus ille scelestus Esopus cla-

re loqui accepit. Tunc herus: sit in rem bonam inquit/hoc eatenus
monstruosum videtur. Et Zenas eatenus ait: Haud mirum inquit
herus. videmus quãplures cum irascuntur pre ira loqui nõ posse.
sed cum ira deferbuit expedite omnia fari. Tunc ait Zenas here su-
pra hominem loquitur. mihi quidem contumeliosa dicit. te vero ac
deos deasq; omẽs (proh nephas) acriter impieq; blasphemat. Tũc
herus ira percitus inquit. Zena abi rus. et quod vis de illo facito.
cedito/vendito/perdito/dono illũ/tibi do. Zenas in scriptis/do-
natione accepta/rus veniens ait Esopo: In mea nunc es potestate.
nam herus te mihi condonauit. ꝛ quia linguax nequam es. omnino
te venũdari velim. Forte fortuna contigit quod mercator quidam
qui seruos emerat rus illud ꝓficiscitur: vt iumenta precio conduce-
ret pro deportandis ephesum seruis. Is cum Zene obuiasset / qui
sibi notus erat illum salutauit: ac de iumentis rogauit. Cui Zenas
inquit: Nec precio nec alia ratiõe iumenta ibi reperiri posse: sed ser-
uum se habere specie nõ insulsum et etate cõmodum: si illum emere
velit. Mercator ait se cupere illum videre. Tunc Zenas Esopum
acciuit ac mercatori ostendit. quem mercator eo deformem intuens.
vnde hec olla aut radix arundinis ait: Prodigiorum pugne tubi-
cen esse videtur. Hauch si voce careret/vtrem inflatum esse putarẽ:
huius spurcitatis gratia me huc a via recta duxisti: censebam quip-
piam scitum elegansue emptum venire. Hisq; dictis ad viam suam
diuertit. Hunc Esopus secutus ait: Mane pauxillum. At merca-
tor inquit: Noli me remorari: quippe nihil comodi ex me consequi
potes. Nam si te emerem mercator prodigiorum vulgo appellarer
At Esopus: Ecquid huc venisti ait? Et mercator inquit: Ueni quip
piam elegans emere posse cogitans/sed tu nimiũ es sordidus ac de
formis ꝛ huiusmodi mercibus haud indigeo. Tunc ait Esopus: Si
me mercaberis nihil oberit tibi. Tum mercator ait Esopo: qua in re
mihi prodesse quires. At Esopus ait: Non habes domi: aut in ve-
nalitio pueros vociferantes lasciuientesue: me emas ꝛ pedagogum
illis cõstituas. quippe/quam laruam me plus reformidabũt. Tunc
mercator Esopi verbis stimulatus cõuertens se ad Zenam inquit:
Quanti hunc spurciciam? Zenas ait: Da tris obolos siue triginta
asses: Nam certe scio neminem fore/qui hunc mercaretur. Merca-
tor soluto precio: vna cum Esopo in oppidum profectus est: vt ve-
ro venalitium intrauit. Ecce duo paruuli in matris gremio residen-
tes vt Esopum viderũt / territi vociferarũt ac vultus i sinu matris
absconderũt. Tunc Esopus mercatori ait: Iam tenes argumẽtum
pollicitationis mee: Paruuli nempe isti vt me viderũt visi sunt lar-
uam intuitos esse. At mercator subridens inquit Esopo. I intro ac
tuos salutato cõseruos. Esopus partem interiorem ingressus: ibiq;
pueros speciosos ac puros intuens ait: Saluete cõserui boni. Illi
autem inspecto esopo secum inquiũt: Per solem atrum spectaculũ

spectamus. Quid sibi vult herus noster cum deformius corpusculũ hactenus haud emerit. Exinde mercator tricliniũ ingressus ait pueris illis: Vestram gemite fortunã. Nam nec iumẽta reperio venalia nec precio ad vecturam: Diuidite inter vos fasciculos istos vt fieri potest ac viaticũ. Nam die crastino eundũ est ephesum. Cum pueri onera bini inter se diuiderẽt. Esopus ait illis: Boni cõserui qm̃ (vt videtis) ⁊ minor ⁊ debilis sum/ onus quã leuius mihi assignare velitis. At illi inquiũt: Ex quo nõ vales/ nihil feras. Et esopus ait: Cũ vos om̃es laboretis: haud cõuenit solum me hero exhibere inutilẽ. tunc illi inquiũt/ quod vis cape.





Esopus singula cõspiciens que deportãda erãt: scilicet saccos/ stramẽta/ atq; canistros. Canistrũ vnũ pane onustum quem bini ferre parabãt. cum intueretur inquit: Hunc mihi cõcedatis. At illi dixerũt: Nihil stultius hoc homie/ qui cum leuius rogauerit: grauius sibi onus delegit/ morem sibi geramus. Esopus igitur canistro panis accepto/ cum lõge alios precederet/ Cõserui illum intuẽtes/ simulq; admirãtes inquiũt. Hic ad laborem haud est segnis/ nos sane om̃es in deportãdo precedit: precium suum iam saluũ fecit: quippe iumẽtum cum ipso onere portaret/ huiusmodiq; verbis esopum deridebãt/ cum ipsi vnũ duntaxat onus bini deferrẽt. Verum ad ascensum quẽdam cum esopus peruenit/ deposuit ab humeris canistrum. ac rursum manibus dentibusq; illum apprehẽdens/ minori cum labore cliuum ascẽdit: ac in diuersorium ante alios recepit. Sed cum omnes applicuerunt/ Mercator iubens vt parum quiescerent/ ac cibo se recrea.

rent. Ait esopo qui panem portabat: Da istis de pane ad manducā dum. At esopus tantum panis singulis distribuit / quod canistrus restitit fere semiuacuus. Sed cum iam surgerent ac iter arriperent / Esopus onere leuior: longe priusq̄ reliqui ad mansionem peruenit. Vespereq̄ facto panem rursum distribuens cōseruis: canistrū euacuauit. Die postero cum demanicarent / Esopus vacuo canistro ambulās / ceteros adeo longe precedebat quod dinosci iam nequibat. eum intuentes cōserui nec putantes esse esopū / alter alteri inquiūt. Ecquis ille qui nos tanto ante it. nunquid nostras / an peregrinus? Eorum quispiam ait: Non videtis quo pacto hic pomilio nos astu superauit. Quippe nos stramenta ceteraq̄ onera: que in itinere nō consumunt: ferentes eundo laboramus. At ille callidus / qui dietim consumunt / panibus sumptis: nunc vacuus et sine onere pergit. At cum Ephesum euenīūt: mercator venale apud foruz eos proposuit ac vendidit: nec parum lucri fecit: tres solum vendi nequierunt. Hi fuerunt grāmaticus: psaltes: atq̄ esopus. Quidā mercatori notus ait illi: Si hos seruos Samum deferas: ibi ex sententia venūdabis quoniā ibi est philosophus quidaz nomine Xanthus ad quem per plures ex grecia / cicladibus / sphoradibusue discendi studio cō currunt. His dictis mercator suasus Samum nauigat. Deinde psaltē cum grāmatico nouas stolas indutos apud forum venale cōstituit Esopum vero quia specie turpissimus erat: solum cilicio amictuz in medio amborum statuit / qui longe formosi erant. omnes qui intuebantur esopum: eius deformitate stupebant dicentes: Unde ludificum hoc portentū: nempe hic deformitate sua alios obumbrat. Esopus vero sentiens ridicularijs se verbis ludificari: stabat audax: et omnes torue conspicabatnr.





Anthus philosophus domo egrediēs/forum mercatoriū ꝓficiscit̄:ac sorsum deorsumq̄ obambulãs:cum illos duos pueros specie decoros cõspicatur:ac in medio ipsoꝝ Esopū:admiratus mercatoris inscitiam inquit: Uaue hominis astutiam. appropinquansq̄ vni illoꝝ ait:Cuias es tu? Tum ille inquit:Sum natione cappadox. Et Xanthus: Quid facere scis? At ille: Quod vis inquit. Quod cum audiuit Esopus/effusius risit. Scholastici qui cum Xantho erant/cõspicantes Esopum ita effuse ridere:ac ridendo dentes aperte ostendere: visi sunt monstrum nõ hominē intueri:ac inter se inquiūt: Ecquid vterus dentes habet. Alter ait:Quid vidit:quod tam affatim risit? Alius item ait Non ridet:sed alget.rogemus ipsum. Accedensq̄ vnus ait Esopo:Dic sodes scite puer:cuius rei gratia tam longe risisti? Ei inq̄t Esopus/bombax. Quid malum bombax ait ille? Tum inquit Esopus:Abi in malã crucem pecus thalassica. suffusus ille rubore scholasticus/tacitus euestigio abijt. Ceterum Xanthus mercatori ait:Quãti psaltes. Cui mercator inquit:Mille nūmum. quod precium Xanthus nimiū existimans:accedit ad alium.et ait:Cuias es tu? At ille inquit:Lydus sum. Tum xanthus:Quid rei facere scis ait? At ille Quod putas inquit. Hoc audito rursū largiter risit esopus. Quē ridere cum ītuerent̄ scholastici inquiūt:Ecq̄d ad oĩa ridet. Unus alteri ait:Si vis hircus appellari thalassicus/causam risus ip̄m roga. Xanthus vero mercatori ait:Quãti grãmaticus? Cui mercator inq̄t:Ter mille. Quo audito Xanthus tacuit:atq̄ retro abijt. Tūc scholastici xantho inquiūt: Preceptor/ serui illi num tibi placent? Quibus xanthus:imo.sed ea lege cautū apud nos est: q̄ tãti vnū emi nõ potest mancipiū:nam emptor esset graui pena obnoxi⁹. Tūc vnus e scholaribus inq̄t:Exquo formosi emi lege nõ possunt: emas eum quo nõ deformior alter. Quippe eadeꝫ seruitia tibi exhibebit:et nos ꝓ eo precium dederimus. Absurdū id esse ait xanthus: atq̄ vxor mea ita est delitiosa: quod haud pateret̄ a tali seruo sibi deseruiri. At scholastici: item inquiūt:Magister tua p̄cepta ꝑplura sunt quibus mulier sine cõtrouersia acq̄escet. Tunc xanthus ait:Prius ex ipso queramus : quid facere didicerit:ne preciū per incuriã ꝑdiderimus. Et ꝯuersus ad Esopū ait:Salue puer:te saluto. Et ego te inquit esopus. Xanthus ait: Omitte molestias:⁊ ad rogata responde:Cuias es tu? Inquit esopus:E carne. Et xanthus inq̄t: Non id rogo:sed vbi genitus? Esopus:inq̄t in vtero matris mee. Xanthus ait: Nec id etiã rogo:sed quo in loco sis natus? Inq̄t esopus: Mater mea me certū nõ fecit quo cubili me peperit:vtruꝫ in atrio/an in cenaculo. Xanthus ait:Cedo q̄d facere didiceris? Inq̄t esop⁹: Nihil. Xanthus ait:Quo pacto nihil? Inquit esopus Qm̄ hi cõserui mei cum se omnia facere professi sunt: nihil mihi reliquerunt. Tunc

scholastici admirantes inquiunt: per diuinam sapientiam apposite respondit: Nam qui sciat omnia: haud reperitur. Hac igitur causa tunc tam largiter risit. Xanthus ait: Dic queso: vis q te emã? Inquit Esopus: Id est in te. quippe nemo te cogit. tamen si tibi est cordi: aperi fores marsupij et numera argentum: sin autem dirumpito marsupium. Tunc scholares inquiunt: Per deos hic ipsuz superat preceptorem. Xanthus ait: queso: si te emero ecquid aufugies? Inquid Esopus: Si id facere vellem: haut te cõsulerem. Xanthus ait: Probe dicis: sed deformis nimium es. Inquit Esopus: Non corporis faciem: sed mentẽ animũq hominis quis intueri debet Tunc Xanthus mercatori ait: Quanti hunc? Inquit mercator: Specta me modo/tu mercis profecto es nimium inscius. Xanthus ait: Ecquid ista dicis? Inquid mercator: Quia dignos te omittis: te indignum sumis. cape alterum illorum/et hunc valere sinas. Xanthus ait: Queso quãti hunc? Inquit mercator: Nũmũ sexaginta. Scholastici precium mercatori dinumerauerunt. Et eo pacto potitus est Xanthus Esopo. Theolonarij huiusmodi venditionem cum acceperunt/curiose querunt: quis foret emptor/et quis esset venditor? Sed cum Xanthus et mercator inter se componunt/vt precium minus dicerẽt. Inquit theolonarijs Esopus: Hic quidem est emptor ille vero venditor: quod si hoc vterq denegat / ego assero me liberum fore. Hoc cauillo theolonarij surridẽtes/theolonium Xantho largiti sunt.



Dum quisq ad propria loca diuerterent. et Esopus Xanthum sequeretur/cõtigit quod Xanthus de ambulando meieret. Quod cõspiciens Esopus Xanthũ pallio pre-

bendens. Here mi inquit: nisi me actutum vendis: abs te actutum fugio. Et Xanthus quãobrem ait? Esopus inquit: Quia tali domino seruire nequeo/ Xanthus ait ecquid? Inquit Esopus: quia cum dominus sis nihil vereris: cum nature requiem nõ tribuis sed ambulando demingis. quod si forte ad obeũda seruitia missus forem: et venter purgari expeteret/ opus mihi foret id facere volãdo. Xanthus ait: Haud queso causa haud mouearis / sed aures arrige ad ea que dixero. Tria incõmoda vitare cupiens minxi deambulans. Primum: ne solis estus/ cum sit meridies/ lederet caput. Secũdũ: ne pedes vrina vreret. Postremum: ne vrine nidor nasum offenderet. hec tria incõmoda vitaui ambulans dum minxi. Tunc Esopus inquit: Mihi fecisti satis. Ceterum ante domũ iam cum essent: Xanthus ait Esopo/ Hic ante hostium mane parũper. dum in gynecıũ vado. ac here tue verba de te facio. Esopus inquit: I nihil te moror Xanthus gynecium ingressus ait vxori: Domina non amplius mecum ages cõtumelijs/ quod semper comparem mihi pueros. Ecce tibi sum mercatus puerum/ ita scitum: quod elegãtiorem hactenus vidisti neminem. Ancille cum hoc acceperũt: putantes id esse veruz quod dicebat/ inuicem cõtendere ceperũt atq; dicere: Una quidez herus mihi virũ cõparauit. Altera vero/ ast ego in somnis visa suz quod desponsata eram. dum ancille inuicem cauilantur. Uxor Xantho inquit: Ubi nam est hic quem tantopere laudas? Jube eum coram accedere. Et Xanthus ait: Ante hostium est. Quispiam nouuz emptum mihi accersat. Una ex ancillis/ dum alie contendunt tacita preueniens secum ait. Ibo pre: ꝛ illum ꝓ viro mihi vadabo. Itaq; egressa hostiuz/ inquit: Ubi nam est nouus mihi speratus? Esopus illi ait: Quem queris? ego ille sum. Esopum cum ancilla asperit tota expalluit ac territa inquit: Heus lemur cedo/ vbi est cauda. Esopus ait: Si egebis cauda/ haud tibi defuerit. Et cum vellet intrare: inquit ancilla: Huc haud intraueris: quippe omnes cum te viderẽt e domo aufugerẽt. Deinde ad socias regressa ait: Hui permaximũ malum: ite ꝛ videte. Altera foras ꝓficiscens: cum Esopum tam deformem cõspicatur inquit: Tuum crepitus percutiat os. I intro: caue sis ne me attingas.



Esopus cum introisset. here sue se cõtinuo p̄sentauit. Ast illa cum illum aspexit: ora cõtinuo retrouertẽs/ Xantho inquit: Monstruꝫ pro seruo mihi attulisti. abige illum a me. Et xanthus ait: Coniunx mea sis admodũ anio quieto: nam in seruum hunc salibus vsa es satis. Et illa inquit Xanthe/ nõ sum nescia te esse mei osorem: ⁊ aliam tibi cupere vxorem: ⁊ quia aperte dicere nõ audes/ ideo caninũ hunc capitonem mihi attulisti. putans me prius domo abituram: quam pati me coram illo obseruari. Uerum enimuero restitue dotem/ ⁊ ego abibo actutum. Tunc Xanthus ait Esopo: Dum in via eramus: verba abũde efferebas: nunc vbi est opus loqui/ verboꝝ nihil facis. Et Esopus inquit: He re hanc tuam vxorem/ ex quo ita est morosa in tenebras deijcito. Et Xanthus ait: Tace verbero/ num vides me illam non secus ac meipsum amare. Tũc inquit Esopus: Queso te amas vxorẽ? Quidni Xanthus ait. Tunc Esopus/ altero pede quatiens pauimentũ: sub altiori voce exclamauit: Xanthus hic philosophus ab vxore tenet. Et cõuersus inquit ad heram: Hera mea: tu (amabo pace tua dixerim) velis tibi emi pueruꝫ etate iuuenem: forma speciosum/ scitum/ comptũ/ ⁊ haud insulsum: qui in balneo te spectet/ in cubiculo collocet/ pedesq; pertractet: ac te nuẽte philosophũ ꝯfundat. Proh Euripedis aureum os ac mentiens nihil. ⁊ potissimũ vbi dicit: permulti sunt impetus maris vndarum/ permulti sunt quoq; impetus torrentium. difficile quidem est paupertas. difficilia nempe rerum aliarũ milia multa. sed nihil difficilius ac deterius femina mala. Tu vero hera/ noli amabo appetere speciosos tibi pueros/ q̄ tibi obsequãtur: ne puncto temporis/ dedecus ⁊ infamiã tuo deferas viro. Hec

cum illa accepisset inquit: Non modo deformis sed etiaꝫ linguosus hic trucigerulus est. quibus verbis me ludificat: Ast ego mihi prospexero ac me ꝑmutauero. Tum Xanthus ait: Ecce tibi esope hera placata est. Et esopus ait: Nō facile datur mulierē posse placari. Et Xanthus inq̄t: Tace de cetero. quippe te emi vt seruias ⁊ haud cōtendas: cape sportalā ⁊ sequere me vt olera emamus.



Profecti igitur ad quēpiam ortum: Xanthus olitori ait: Da nobis de oleribus. Hortulanus vero falce assūpta: betas ⁊ alia olera simul secuit: atqꝫ illa Esopo tradidit. Eoꝝ cum Xanthus preciū soluisset atqꝫ abiret: inquit olitor: Queso magister mane dū egeo enim vnum te alloqui verbū. Et Xanthus ait: Maneo. Loquere quidvis. Et olitor inquit: Magister olera que diligēter serunt: coluntqꝫ curiose: quare tardius veniunt. quam que oriuntur per se: ⁊ haud coluntur: Hanc philosophicam questionē cum Xanthus accepit: nec soluere quiret. Ait: diuia quadam ꝓuidentia huiusmodi res producunt. Quibus dictis cum esopus affatim rideret. Xanthus: Rides ne barde: an derides: Ait esopus: Derideo inquit: nō te: sed qui te docuit philosophum. Ecquid philosophorum solutio est: diuina prouidentia hec produci. homines clitellarij idem quoqꝫ dixissent. Soluas tu igitur ait Xanthus. Inquit Esopus: Id mihi si iubes: facile factu est. Tunc Xanthus ad olitorem conuersus ait: Non decet philosophum qui in auditorijs cōtinue differit: apud hortos enigmata soluere: sed puer hic meus qui in his satis est scitus: tibi questionem soluet. quare quod mihi ꝓposuisti: ipsum roga. Tunc hortulanus ait: Iste impurus litte-

ras nouit? ve huic infortunio meo. Deinde cõuersus inquit esopo. Heus puer: tu harum rerum notionẽ tenes? Cui esopus ait: Tenere arbitror: sed esto attentus. Tu rogas: quare que feris: ꝛ colis: ea olera tardius crescũt: ꝙ que sponte sua oriunt ꝛ haud colunt? Nũc auribus audi: Queadmodũ enim mulier vidua/ex priori viro liberos habẽs: cum altero viro nubit: alijs mater/alijs nouerca existit. multũ igit refert inter filios ac priuignos. Quippe qui filij sunt: diligenter ꝛ cum affectione educunt. Qui vero preuigni: nõ modo negligunt: verũ odio persepe habent. Eodem modo terra: his quidẽ mater est que olera per se oriunt: illis vero nouerca que manu hominum serunt. Hec cum audisset olitor: Esopo inquit: Me multa molestia leuasti: gratis olera habeas: Et cũ his rebus tibi opus est: huc accedas: quotvis accipito gratis. Postridie cum Xanthus in balneo se lauaret: vna cum quibusdã sibi familiaribus ait Esopo: Vade domum: lentemq̃ in cacabo pone: ꝛ quã potes ocius coque. Currens esopus domũ/ingressusq̃ penũ/ lentis granũ dũtaxat in cacabo ad coquendũ posuit: parauitq̃ statim quicquid parandum fuit. Post lotionẽ Xanthus amicis ait: Hodie mecũ de lente prandebitis. quippe inter amicos nõ cibi elegãtia: sed animi volũtas potissimum spectãda est. Itaq̃ cum domũ venissent: Xanthus ait Esopo. Apporta nobis de balneo. Esopus statim labruz capiẽs/ ac secessũ accedẽs: lotura illud impleuit: heroq̃ suo tradidit. At Xãthus sentiens nidorẽ: quid hoc scelerũ caput ait: sanus ne es? aufer inquit et porta peluim. Esopus cõtinuo peluim simpliciter apportauit. Et xãthus iam stomachãs ait: Ecq̃d perescis iam? Tunc inquit esopus Abs te semel mandatũ est mihi: vt nihil facerẽ: nisi quantũ mihi tu iusseris. Tu nõ dicis: pone aquã in peluim: laua nobis pedes: para sandalia: ꝛ alia que parari opus est: sed tantũ porta peluim. Ecce attuli. Tunc Xanthus ad amicos cõuersus ait: Non seruũ emi: vt videtis: sed magistrũ ꝛ p̃ceptorẽ. Cum igit discũberent: Xanthus ait Si lens iam cocta est: nobis afferto. Esopus lentis granũ quod solum ad coquendũ posuerat: e cacabo cocliari capiens: Xantho tradidit. Putans Xanthus id sibi tradi: vt pciperet: si cocta lens esset lentem digitis terẽs: cocta est. ait: affer: vt mãducemus. Esopus ius ꝓ ferculo in mẽsa dũtaxat apposuit. Ei Xanthus: Vbi lens est ait? Esopus inquit: Tibi modo in cocleari tradidi. Ita granũ lentis ait Xanthus? Granũ inq̃ inquit esopus. dixisti enim vt lentem coquerem in singulari: ꝛ nõ in plurali lentes. Tunc Xanthus animo dubius ait ad discũbentes: Hic ꝓfecto ad insaniã me rediget. Exinde ad esopũ cõuersus ait: Ne videar amicos ludificasse: vade eme pedes suinos quattuor: illosq̃ acutũ coque mensesq̃ appone. Esopus e vestigio pedes emit: ꝛ ad coquẽdum posuit in olla. At Xanthus causam querens quo illum iure cedere posset.





Um esopus alijs intēdit negocijs: vnū e pedibus traxit ex olla: illumq abscondit: Parum vero post esopus ollam inspiciens: cum tantum pedes tres reperiret: estimans id quod res erat: In stabulum descendit: et porco qui ibi erat: pedem vnum gladio cedit: ac sursuz rediens posuit in ollam. Verū Xanthus verens ne esopus si pedem nō inueniret: metu verberum aufugeret: dum Esopus inferius descēderet: in olla reposuit pedem. Esopus vbi pedes sunt cocti: vacuans ollam in catinuz ecce quinq desiliunt pedes. quā rem cum animaduertisset xanthus ait: Quid istud esope: nunquid porcus vnus quinq pedes habet? Inquit Esopus: Et porci duo quot pedes habent? Xanthus ait: Octo: sed hic sunt quinq. Inquit Esopus: Et porcus qui inferius est: tres solum pedes habz. Tunc Xanthus amicis ait: Non vobis iam dixi quod is quam primum me rediget ad insaniam. Et esopus inquit: Nunquid scis here q omnia que fiunt ac dicunt secus q recta dictat ratio: ea non sunt mediocritates? Tunc Xanthus cum nō haberet causam: qua illū iure cederet: tacitus sedit. Postridie cum scholares apud Xanthum in auditorio essent: vnus ex eis cenā opipere parauit. Et cum cenarent: Xanthus ex epulis portionem vnaz accepit: ac Esopo tradidit: inquiens. I domum ac beniuolenti mee hoc tradito.





Sopus domum abiens: secum ipse ait: Núc datur occasio heram vlcisci posse ex suis in me maledictis cõtumelijsq;: Núc liquido apparebit quis hero beniuolens fuerit. Domuz igitur ingressus cõsedit: heramq; nomine appellans: sportulam cum epulis coram apposuit. atq; inquit: Hera mea ex his epulis nihil gustaueris. Et illa ait: Semper amens ⁊ malesanus existas. Esopus inquit: Hec nõ tibi: sed beniuolẽti sue Xantus dare iussit: Vocãsq; caniculam: que domi perpetuo stabat. Inquit: Veni lupa astrix: Hisq; epulis ventrem distende: ac nũc te satura. Canicula cauda applaudẽs epularum nidorem secuta est. Cui Esopus ossulatim epulas porrigẽs inquit: Herus tibi ⁊ nõ alij hec dari iussit. Deinde cum ad Xanthuz redijsset. Xanthus ait: Ecquid beniuolẽti mee illa dedisti. Ei esopus: Tradidi inquit: coram om̃ia mãducauit. Et Xanthus: Quid dixit dum mãducabat? Ait esopus Profecto dixit nihil: sed te cupere visa est. Vxor vero Xanthi merens/gemensq; thalamum intrauit. Postq̃ esum est atq; potatum abunde: pbleumata vicissim varia vltro citroq; ppposita sunt. ex illis quispiã quesiuit: quo tempore maior mortalibus difficultas incumberet? Esopus ingenio promptus qui post alios stabat inquit: quãdo mortui sua quisq; corpora in resurrectiõe requirẽt. Quo dicto scholastici subridẽtes inquiũt: acutus pfecto puer hic est: et minime ingenio bardus: ⁊ a Xantho q̃ apte pdoctus. Tum alter quesiuit: ppter quid est: q cum pecus ad occidẽdum trahit: tacita sequitur: ⁊ minime vociferat? ⁊ porcus nec trahi pmittit: sed cõtinuo clamat: ⁊ stridet? Esopus rursuz inquit: Quia pecus cum solita sit: nũc mulgeri: modo tonderi: facile se trahi tacita permittit: putãsq; se tra-

bi vt mulgeat:aut tondeatur: nō formidat ferrum. Sed secus est in
porco:cuius nec lac nec pili vsui sunt sed caro solum ꝛ ipse sanguis.
Itaq3 cum trahit:longe sibi metuēs/tātopere stridet. Tum schola-
stici esopi dictu3 approbātes ad vnū collaudauerūt: surrexerūtq3.
deinde se mutuo valefacientes: diuerso itinere domum quisq3 abie-
runt. Xanthus cum domum venit/thalamum ingressus/vxori me-
renti perblādiri cepit. At illa faciem auertens ait: Abi atq3 abstine
manum. Et Xanthus ait: Eia mea amenitas/nō decet te esse tristem
viro tuo. Et illa inquit: Mitte me:nam hic nō maneo amplius:vo-
ca caniculā:et illi blandiaris: cui de epulis misisti ad manducādum
Xanthus rei inscius inquit: Quid tibi attulit esopus? Mihi nihil
ait illa. Et Xanthus inquit: Nunquid ego sum ebrius? tuā tibi por-
tionem per esopum misi. Mihi inquit illa? Tibi inq3 Xanthus ait.
Et illa inquit: Non mihi sed canicule:vt retulit esopus. Tunc xan-
thus ait: Ad me quispiam accersat esopū. Ei accedenti xanthus ait
Cui epulas illas dedisti? Inquit Esopus: Beniuolenti tue vt mihi
mandasti. Et xanthus vxori ait: Ecquid audis esopum? Probe au
dio:inquit vxor: Sed dico ac iterum dico:nihil mihi traditū fuisse/
sed canicule:tenes dum? Et Xanthus ad esopum cōuersus ait: Cui
tradidisti:cedo furcifer? Et esopus inquit: Cui vt tradere3 iussi. At
xanthus: Beniuolenti mee? Inquit esopus: Beniuolenti tue tradi
tum est. Et xanthus ait: Ecquis est illa fugitiue? Et esopus caniculā
vocans: Hec est tua beniuolens inquit:quoniam mulier quē amat:
minime amat: nam si re minima offendit: statim cōuitiatur. furit. in-
sanit. ac domo abit. Canis si persequaris/cedas/cōtundas: nunq3
recedit:sed domino item vocanti/imissa inter femora cauda/repens
venit:ac blandit. Debuisti ergo dicere: Ferto hoc vxori:ꝛ haud be-
niuolenti mee. Tunc xanthus inquit vxori: Tu vides clare culpam
geruli: et haud meam fuisse. Verum habe animum quietum queso:
nam inuenero causam:quāobrem ipsum iure verberibus ceda3. At
illa inquit: Age secum vt libet: nam mecum nihil negocij de cetero
erit. Captatoq3 tempore/domo clāculum egressa/ad parētes abijt.
Eius abitionē cum xanthus ferret moleste:sibi inquit esopus: Nūc
ꝑfecto vides:ꝙ nō vxor:sed canicula te iure diligit. Dies vero ali-
quot cum domum nō rediret: xanthus grauiter ferens: rogari fecit
vt admodū veniret. Et cum illa nō pareret:sed in diem staret magis
obstinata. Inquit Xantho esopus: Here esto hilari animo:efficia3
ꝑfecto ꝙ sola et minime rogata domum curriculo curret.





Cceptisq̃ nũmis: die altero tendit in forũ: ac de gallinis: pipionibus: anseribusq̃ emit. Exinde transiẽs per viam vbi Xanthi vxor habitabat: idq̃ nescire simulãs: vnum ex seruis qui inde exibat foras: rogat si quid nuptijs appositum domi venale foret. Cum ille quereret/ quisnam esset ille qui celebraret nuptias: Esopus ait: Xanthus philosophus die crastina ducet vxorem. At seruus ille/ hoc audito/ statim domum ingressus que ab esopo acceperat: vxori xanthi renũciauit Illa euestigio atra bili percita/ clamitans ac vociferans: xanthi domum ꝓficiscit. Deinde domum ingressa ait: Hoc illud erat: q̃ per seruum improbum me ludificabas: sed nõ efficies quod tibi sperasti: nam me viua/ domum istam mulier alia nõ intrabit: Xanthe xanthe tibi inq̃ xanthe. Post dies paucos cum Xanthus auditores ad prandiũ inuitasset. Ait esopo: Emito quod sit optimũ lepidũue. Esopus forum abiẽs secum fabulabat. nunc ostendero me haud esse insulsum in apparando prandium. Et cum ad macellum venit: porcinas linguas solum emit. illasq̃ parauit: ac mensam apposuit.





Um Xanthus cum auditoribus discūberet: ait esopo: Ferto ad manducādum. Esopus linguas apposuit cum acetario. Scholastici xanthum collaudantes inquiūt: Preceptor prādium hoc tuum est philosophia plenum. Post paululū xanthus item esopo ait: Ferto aliud. Esopus linguas rursum apposuit: cū allio et pipere cōditas. Tum scholastici inquiunt: Veh magister: lingua nobis apposite apposita est: quoniaꝫ lingua acuitur lingua. Parum post xanthus ait esopo: Ferto aliud Esopus iterum linguas apposuit. Qui discūbebant iam stomachati: Usqꝫ quo linguas inquiūt esope? Xanthus igitur animo motus ait esopo: Ecquid habemus aliud? Esopus inqͭ: Certo nihil. Et xanthus: O sceleris caput/ cedo: nō tibi dixi: id emito quod sit optimū ac lepidissimum? Et esopus inquit: Dixisti: sed dijs gratias ago ꝙ hic nūc assunt homines ꝑhilosophi: Ast abs te scire velim: quid melius/ ꝛ quid lepidius sit lingua? Quippe omnis ars om̄isqꝫ doctrina ac philosophia lingua sunt cōstituta. Item dare: accipere: salutare: forum: mercatura: gloria: muse: cōnubia: ciuitatesqꝫ ipse/ lingua efficiunt. Lingua homines exaltant. lingua mortaliuꝫ vita fere tota cōsistit. Itaqꝫ nihil lingua melius: nihil lepidius: nihil salubrius mortalibus ab īmortalibus datum reperies. Tunc scholastici esopo applaudētes inquiūt: probe ait esopus: quare preceptor errasti quod hoc facinus secus putasti: hisqꝫ dictis surrexerūt: abierūtqꝫ. ¶ Die vero sequenti xanthus ad auditores suos se purgare cupiens. Ait illis: Heri nō ex mea sed serui inutilis sententia cenastis: hodie epulas ꝑmutabimus: nam quid facturus sit coram imperabo. Accitoqꝫ esopo ait J: et quod deterrimū ac marcidū inuenis: id emito in ce-

nam: hi eni omnes apud me sunt cenaturi. Esopus vero nihil territus: abijt in macellū: et rursuz linguas emit: illasq̄ quo antea modo parauerat: pari modo iterū parat. Uespere aūt cum scolastici discūberent. Xanthus esopo ait: Ferto ad comedendū. Esopus linguas item modo superiori cum acetario in mēsa apposuit. Tum scholastici inquiūt: Item ad linguas deuenim⁹. Et esopus alias linguas apposuit. Quod dum discūbētes ferrent indigne. Xanthus esopo ait: Non qd̄ esset optimū lepidūue: sed qd̄ foret putridū ac deterrimuz vt emeres: tibi imperaui. Uerissima sunt: que dicis ait esopus. Sed quid reperit deterius ac olentius lingua? Lingua homines pereūt lingua in pauptatē deueniū. lingua vrbes euertunt. lingua mala omnia oriunt. Tunc ex discūbentibus quispiā Xantho ait: si huic intēderis: ad extremā pfecto deuenies insaniā. Nam qualis forma corporis: talis eius animus existit. Ei inquit esopus: Tu es aculeus nimium improbus/ et nimiū acriter in seruū stimulans herum: et q̄ ceteri longe es curiosior. Xanthus causam querens vt esopum cedere posset. Ait: Fugitiue ex quo philosophū appellas curiosum. I atq̄ adducito hominem nō curiosum.





Esopus domo egressus hominem incurium si reperire quiret: circūspicit. Et cum in via perplures conspicaret: rusticū quendā secus sedentē intuens. Ait illi: Herus meus te vocat ad prādiuz. Rusticus q̄obrem ab ignoto vocaretur minime querens. Continuo Esopum sequitur securus: talaribusq̄ luculentis domum ingressus: sine cura quapiam tacitus cōsedit. Tum xanthus esopo ait: Ecquid hoc hominis? Inquit esopus: homo nō curiosus. Tum xanthus submissa voce inquit vxori

domina vt esopū iure vlciscar: et alij ad parēdū sint ꝓmptiores: nō grauate feras: que tibi dixero. Deinde alta voce ait: dn̄a pone aquā in peluim: ꝛ laua pedes huic pegrino. existimans ꝙ rusticus ille pudore cōfusus domo abiret: ꝛ esopus vapularet. Illa vt xanthus iusserat: peluim cuȝ aqua ad pedes rustici ponit. At ille nō inscius qđ dn̄a domus erat: secū ipse cogitās ait: Uir iste q̄ me honorare vult nō seruis nec ancillis vt pedes mihi lauēt. sed vxori mādauit: ac pedes extendēs se lauari pmisit: lotusq̄ quieuit. Xanthus item vxori ait: Dato sibi ad bibendū. Rusticus intra se ait: ꝛ si deceat eos bibere prius: tn̄ ex quo sic visum est sibi: parebo mādatis: acceptoq̄ poculo audacter bibit. Cūq̄ pranderēt: Xanthus ei apposuit piscem: atq̄ inquit comede. At ille omī vacuus cura: dum sapide mā ducat: Xanthus euocato coquo ait: Piscis iste nō bene cōditus est: iussit coquū spoliari: ac verberib⁹ cedi. At rusticus intra se dixit: huic pisci de cōdimēto deficit nihil: hic nō iure cedit: sed quid mea refert: si coquus cedit: ego ventrē opipere explebo. Xanthus dum hospes tacitus piscem comedit: garrire desijt. Parū post cum placenta in mēsa apponeret: rusticus statim in frustra instar laterū cedēs xātho nō aduertēte edere cepit. At cum xanthus aspexit ipsum tam auide edentem: penariū euocari fecit: ipsiq̄ ait. placenta hec impurissime nec mel nec piper habet: et panarius ait: si placēta de meis est: ꝛ nō rite sit cōfecta: me cedito vsq̄ ad necem. At si de meis nō est: nō ego sed vxor tua in culpa est. Xāthus ait: Si hoc ab vxore ꝓcedit: ipam cōburi viuā modo faciā: accitaq̄ vxore: sibi annuit: ne quid respondeat: vt esopū cedere queat. Tum cuipiā ex seruis ait: Ferto de sarmetis sursum in cenaculo. statuite pyrā atq̄ incēdite. Et tu esope cape vxorē: ꝛ pyra sup/ vt cōburat impone. Hoc simulauit xanthus existimās rusticū surgere debere: ac negociū impedire velle. Ueruȝ rusticus tacitus secuȝ dixit: Is abs re vxorē cōburere festinat. Tū xantho ait: Queso dn̄e: si vxorem cōburere intēdis: mane parūper dum ex agro meā aduco: vt ambo simr cōburant. Qđ audiēs xanthus: simulq̄ admiratus firmū illius animū ait: Hic homo vere incurius est. Atq̄ cōuersus: vicisti me inquit herus/ esope: sed ista satis hacten⁹ sint. In futurū si fideliter ac diligēter mihi seruitutē seruies: ꝙ̄ mox libertatem cōsequeris. Et esopus ait: Ita me in omnibus cōtinuo geram qđ mihi iure haud succēseris. Postridie xanthus ait esopo: Abi ꝛ vide si multi hoies in balneo sint: nam lauatū si nō sit multitudo: accedere velim. Esopus cū viam viaret: pretori vrbis obuiauit: qui qđ seruus esset xanthi cognoscēs ait: Quo tendis lepidū caput: Illi esopus: Nescio sane inquit: deludi se putās pretor ab esopo: iussit ipsum in carcerē duci. Esopus cum duceret in carcerē ait: Uerū dixi tibi o pretor: ꝙ quo irem ignorabā: nā in carcerē duci debere minime cogitabā. His dictis pretor subridēs iussit esopū missum fieri. Pergēs igit esopus in balneū: Cuȝ magna ho-

minū multitudo adesset: videt intrātes ꝛ exeūtes: ad lapidē offende re pedes: qui in aditu hostij situs erat. Unus tm̄ balneū ingrediēs cum pedē ibidē offendisset: ipsum lapidē inde amouit: ac seorsūʒ po suit. Esopus domū rediens ait xantho: Unū dūtaxat in balneo ho minē esse. Et xanthus inquit: Cape que opus sunt: ꝛ abeamus. In gressus igit in balneū xanthus: ac turbā hominū cōspiciēs multam indignās ait esopo: Num dixisti verbero vnum dūtaxat hic adesse hominē? Dixi ait esopus: Nec vno plures hic in presentia sunt. ꝙ si me audis: verum esse qđ dixi fateberis. Lapis ille quē in angulo vi des adesse: erat. Cum hucveni/hostij in aditu situs: omnes qui tunc intrarūt: ad ipm pedes offenderūt: nec inde tm̄ amouerūt. vnus dū taxat ex quo pedem offendit: vbi nūc vides: secus locauit. Illū ego hominē dico. Tunc xanthus ait: ꝙ̄ tardus fuisti ad te excusandum? Xanthus postꝙ̄ se lauit: domum reuersus: dum ventrem purgaret: et esopus iuxta cum aque vrceolo stans expectaret. Sibi Xanthus ait: Dic mihi esope: ꝙ̄obrem homies statim cum ventrem purgaue rint: suas quisqꝫ inspiciunt feces?





Tunc inquit esopus: apud veteres sapiēs quidā cuʒ ad secessum sedere diutius p delitias delectaret: sen sum sedēdo vna cum fecibus effudit. Ex illo tēpore homies huiusmodi casum formidātes: cum egerint suas semper inspiciūt feces. Tu vero id formidare desinas: naʒ qđ nō habes: id pdere nō potes. Die vero sequēti xanthus cum amicis discūbēs / ac ma nu poculū tenens: cum varijs: que pponebant pbleumatibus tur baret. Ei esopus ait: Here extat apud dionysiū ꝙ crater sodalicius tres precipue cōtinet vires. Prima quidē vis est ad voluptatem.

Secũda ad hilaritatẽ. Tertia vero ad insaniã. quare obsecro bibite leti: rebusq ceteris nũc valere dicite. Et xanthus vino iaz madidus Tace orci τ tenebrarũ symbolũ. Et esopus ait: Cũ ad orcũ veneris vide ne te vlciscar. Quidã ex scholasticis pcipiẽs. Xãthũ vino paulisper grauatũ ait: Dic mihi pceptor: Homo vn⁹ mare totũ bibere posset? Quid ni xanthus ait: Nã ego ipse totũ biberẽ. Et scholasticus inqt: Et si nõ biberis qd deponis? domũ xanth⁹ ait. Itaq hoc sup cõuentiõibus factis: anulos quisq p simbolo tradũt: ac domũ abeũt. Mane aũt facto cũ xãthus surrexisset ac faciẽ lauaret: nõ vidẽs anulũ: illũq querẽs. Ait esopo: Scin tu vbi meus situs sit anulus? Nescio inqt esopus: sed certe scio q hui⁹ domus cito hospites erimus. Ecqd xãthus ait? Quia heri inqt esopus pactus fuisti totũ mare te bibitũ fore. quo sup federe deposuisti p simbolo anulũ. Xanthus re audita territ⁹ ait: Quo pacto mare totũ bibere possem: hoc haud fieri põt. Queso te igit esope: vt quantũ ingenio vales: me cõsilio iuues: vt aut vincã: vel saltẽ federa soluã. Esopus inqt: vincere nõ potes: sed pacta soluere potes. Et Xãthus ait: Da mihi viã q id efficere possim. Ecce via inqt esopus: Cum te reqret aduersarius: vt sibi prestes que fuisti pollicitus: iube tunc stratũ grabatũ mẽsam in maris litore parari: ac pueros pincernas coram astare.





Ac cum cernis plebẽ ibidẽ cõgregatã: fac cyphũ in mari lauari. Deinde salis aqua plenũ manutenẽs: iube p cõuẽtionẽ pacta vniuerse multitudini exponi: tu vero que in vino pmisisti: eadem sobrius asseras: dicasq viri Samij: Audistis me mare totũ ebibere pmisisse. Sed vt scitis: multa flumina in mare decurrũt/ multiq riui ac torrẽtes: Auertat flumia:

ne in mare defluāt aduersarius: et ego qđ pollicitus sum: prestabo. Et isto pacto adinuicē dissoluemini. Xanthus cernēs hūc cōmodaꝫ fore viam: sūme gauisus est. Ecce iam q̇ fedus notauerat significās xantho p̄sentibus ciuitatis quibusdā senatorij ordinis ciuibꝰ: vt illa prestet: que die supiori pactus fuerat. Xanthus statim iubet stratum/mēsaꝫ/ac sedē iuxta litus parari. Et cū populus spectatū iam cōuenisset. Xanthus in grabato sedēs: iubet cyphum lauari: ⁊ aque plenū sibi ꝓpinari. Cyphū igit̄ manu tenens inquit federario: vt in publico federa exponeret. Quibus publice expositis: Xanthus ad populū cōuersus ait: Viri samij: vt cuilibet est notū: multa flumina multi riui: multi torrētes in mare ꝓrūpūt: claudat aduersarius fluminum ora: ⁊ ego vt ꝓmisi: mare totum ebibam.





His dictis vniuersa multitudo plaudēs xantho conclamauit. Tūc scholasticus ille xanthi aduersarius ad genua ꝓcidēs ait: Magne preceptor fateor me esse abs te supatū. Quare ꝓ tuo nutu federa oblitterent̄. Qđ vt fieret/xanthus annuit/ ꝑ populo exorāte. Ceterū cum domū reuertisset. Esopus xanthū orauit: vt ceu bene merentē/merēti/manu mitteret eum. At xanthus ipsum maledictis ꝑsequēs ait. Abi hinc venefice: hoc enim a me haud hodie exorabis. Exi foras ante ostiū et duas si vides cornices id mihi renūciato. Quippe bonū est omen duas vidisse: sed vnā dūtaxat est auguriū pessimū. Esopus domo egrediēs cum duas videret cornices super arborē sedentes: id statim xantho renūciauit. Xanthus foras exiens: cum vnā domo cornicē cerneret nam altera obiter volauerat. Ait esopo: Dic mihi cruciarie vbi sunt due quas vidisti cornices? Inqt esopus: Vna obiter dū tibi renū-

cio volauit. Xanthus ait: Mos tibi innatus est veterator/cauillan
do me semꝑ illudere: sed dignũ technis tuis premiũ tandē reporta-
bis: iussitq̧ illũ spoliari: ac verberibus supra modũ cedi. Dum eso-
pus vapulat: quidā venit ⁊ ad prandiũ xanthũ vocauit. Tunc eso-
pus: Heu me miserorꝫ miserrimũ inquit: Ego qui duas vidi corni-
ces/vapulo. Xanthus qui solum vidit vnam: ad delitias vocat. Ne
mo est: cui bone aues sint magis aduerse. Quod dictũ xanthus ad-
miratus simulq̧ promptũ eius acumē ingenij ait fustigarijs: Mit
tite eum in malam rem suam. Post dies aliquot xanthus ait esopo Ista in Graeco meo codice desyderantur
Para prādium elegans ⁊ opipere: Nam scholastici pransuri sunt
hodie mecum. Esopus emptis que emenda erant: domum veniens
ac heram in triclinio cubantem inuenies ait: Hera caue amabo pau
lulum: ne que hic appono: canis manducet. At illa inquit: Abi mo-
do: ⁊ ne cures: nam nates mee oculos habent. Esopus cum que pa-
randa erant parauisset: iterum in triclinium veniens: heram reperit
dormientem: ac cōtra mensam nates habentem: recordatus que an-
tea dixerat sibi. Amotis ea parte pānis: nates illi tacitus detexit: ac
dormire permisit.





Xanthus domũ regrediēs cũ scholasticis: Cũ videt
vxorē partes inferiores nudatā dormire: rubore cō
fusus faciē auertit: accitoq̧ esopo ait: quid ē hoc im
pijssime? Esopus inq̄t: Mi here dum que paranda
sunt: infra pararē. Dixi huic: vt parũꝑ cauerat ne
canis comederet que i mēsa apposita erāt. Illa ait:
Ne cures: nā mee nates oculos habēt. Ipaꝫ deīde
(vt vides) dormientē cũ inuenissem: illas partes tacitus sibi detexi:
vt earũ partiũ oculi mēsam sibi appositā cōtueri quirēt. Tum xan-

thus ait: Serue nequam mihi sepius nugas egisti: sed nullo tempore nequius: qui me ac meā vxorem tam abscene ludificatus es: nunc ꝓpter cōuiuas vltro pena omittitꝛ. sed aderit occasio: qui te ad necē cedi ꝑfecto faciā. Ceterum paucos post dies xanthus cum philosophos solū ac oratores vocasset ad prandiū. Ait esopo: stato ad hostiū: ⁊ nullū idiotā domū itromittito: sed solū philosophos ac rhetoricos. Esopus ad ostiū sedēs cum vnus de euocatis vt intromittatꝛ petit: quid mouet canis: inquit. Ille vero putās se appellari canem animo stomachās abijt. pariꝙ modo alter. item ꝑplures idem fecerunt. Postremo aduenit vnus satis acutus ⁊ haud infacetus: ei cōfestim inq̄t esopus: Quid mouet canis: Et ille ingenio ꝓmptus ait: Caudā. Tum ipsuꝫ cōtinuo esopus intromisit. Deinde ad herū accedēs ait: Preter hūc philosophus alius nō venit. Quā rem xanthus se ab illis fuisse delusuꝫ existimās/ grauiter tulit. Verū enimuero postero die q̄ nō fuerāt intromissi. cū in triuio xanthū ꝯuenissent. inquiūt: Heus p̄ceptor heri nobis nugas egisti: cum q̄ hostiū seruabat: ꝑ ꝯtumeliā nos canes appellauit. His dictis xanthus ꝯturbatus: secū imprimis tacitus ait: Num ego an isti delirant: Tum accito esopo ait: Heodū bone puer: quos cum honore recipere debuisti: eos maledictis ꝓsecutus es: Et Esopus ait: Tu mihi iussisti: vt preter sapientes neminē domum admitterez. Tum xanthus inquit: Heus larua: hi nunq̄d sapientes esse videntꝛ: Mihi quidē minime ait esopus. Quippe cum eis dixi: Quid mouet canis: q̄d dixerim: cum nō intellexerint: quo pacto sapiētes cupiā videri possent: Verum enimuero qui ꝓbe intellexit: illum qui sapiens visus est: cōtinuo admisi. Hec cum esopus dixisset: eius dictum ad vnum omnes approbauerunt.





Erum enimuero quosdam post dies Xanthus cum esopo inter maiorum sepulchra cum esset: epitaphia quedam legerat. Esopus in arca quadam apud columnam sita ad quam per gradus ascēdebatur: perspicit litteras quasdam nō sonantes sed punctis solum insculptas in huiusmodi forma. α. β. δ. ο. ε. θ. χ. que latine sonāt. a. b. d. o. e. th. ch. Inquitqꝫ xantho Mi here quid dicunt littere ille? Tunc xanthus illas diligenter ac diu meditatus quid sonarent: cum intelligere nequiret. Inquit Esopo: Dic sodes quid ille sonant littere? Cedo esopus ait: Si hic thesaurum tibi ostēdero: quid mihi facies boni? Inquit xanthus: Bono sis animo: nam ⁊ libertatem / ⁊ auri dimidium cōsequeris. Tum esopus: Gradus quattuor ascendēs ad colūnam: ibiqꝫ fodiens aurum inuenit: quod cōfestim obtulit hero suo. Atqꝫ ait: Obsecro mi here: vt mihi ꝓmissa serues. Et xantus ait: Minime: ni prius doceas: qui id inuentum habes: quippe pluris hoc facio quam ipsuꝫ aurum. Esopus ait: Qui thesaurum hic deposuit: nimirum vt philosophus characteribus septem notauit. α, ἀποβάς ascendens. β. βήματα. gradus δ. τέσσερα. quattuor ο. ὀρύξας id est. fodiens. ε. εὑρήσεις id est. inuenies. θ. θησαυρόν id est. thesaurum χ. χρυσίου auri. Et xanthus inquit: Ex quo ita es acutus: libertatē haud cōsequeris. Et esopus ait: Caue sis: quia hic thesaurus spectat ad regeꝫ. Inquit Xanthus Qui id scis? Cedo ait esopus quia littere hoc sonant. α, ἀπόδος id est. tradito β, βασιλεῖ id est regi, δ, διονυσίῳ id est. dionisio, ο, ὃν ε, εὗρες id est. quem inuenisti θ, θησαυρόν id est. thesaurum χ, χρυσίου auri. Xanthus audiens ad regem spectare thesaurum. Inquit esopo: Accipito mediū: ac nemini dicito. Esopus ait: Non tu hoc mihi tradis: sed qui thesaurum hic deposuit. Quo pacto inquit Xanthus? Ait esopus: Hec ipsa eadem elementa significant. α, ἀνελόμενοι id est. cum superueneritis. β, βαδίσαντες id est. euntes δ. διέλετε diuidite ο. ὃν εὕρετε id est. quem inuenietis θ. θησαυρόν id est. thesaurum χ, χρυσίου id est. auri. Tunc xanthus ait: Abeamus domuꝫ aurum vt partiamur.





Omum igitur cum se Xanthus recepisset: esopi loquacitatem reformidãs: iussit ipsum in vinculis poni. Tunc esopus: Heus promissa philosophoꝝ ait: pro libertate in carcerem detrudor. His dictis xanthus/mutata sententia/carcere vt educeret mandauit. Deinde esopo inquit: Si vis liber fieri/linguaꝫ frenato: ne tam aperte de cetero me accusato. Et esopus ait: Age vt libet: velis vel nolis: me liberum facies. Jisdem tẽporibus res nimirum mira cõtigit apud samum. Nam publici cum fierent ludi: aquila quedam repentino quodam volatu: questorium ex ipso theatro arripuit anulum: quem in sinum serui cuiusdaꝫ caderet permisit: quo ꝓdigio turba theatralis rumigrans longe anxia et ambigua stetit. Deinde accita statim contione: xanthum cõsuluit veluti philosophum ac reipublice primorem: quid illud significare habeat. Xanthus qui rei inscius esset ambigens: diecula ad cõsulendũ exorata/domum abijt: ⁊ cum animo longe esset anxius: quia q̃d populo cõsuleret: non tenebat. Esopus accedens ad eum ait: Ecquid sic animo depzimeris? Omitte mesticiam: et hoc onus cõsulẽdi mihi impone: die crastino abi in contionem: ac populo huiusmodi verba facies: Viri Samij: Ego quidem non sum augur: non ariolus: non prodigiorum (vt scitis) interpres: verum domi seruum habeo: qui huiusmodi rerum notionem habere profitetur: Si placet illum adduci faciam: Qui quid hoc augurium significet vobis aperiet. Tunc si quid ego consulero quo turbe satisfecero: tu gloriam pari-

ter et gratiam adipisceris. quod si nō satisfecero. tu liber ab infamia et ego in culpa fuero. Tum Xanthus verbis esopi fidens. Sequēti die in theatrum manitat: et accito populo / pulpitum ascendēs / que ab esopo didicerat ea plebi aperuit. Quibus dictis Samij vt Esopus coram adduceret / Xanthum impellūt. Esopus ecce adducitur qui cum coram cōstitisset eius formam Samij intuentes / cōtempserunt: ac ipsum pro ridiculo habētes inquiūt. Ecquid huius aspectus auguris est: ex homine tam impurato putandum est quippiam boni esse audituros? Et cum ipsum deriderēt: Esopus stans in loco eminentiori ac manu indicās plebi silētium inquit: Viri Samij: ecquid meam deridetis formam: nō enim facies sed animus hominis est intuendus. Quippe sub turpi corporis forma: sepius latet sapientia. Itaqꝫ vt in vasis vinarijs non forma spectatur: sed quid vini ipsa vasa cōtineant degustatur. Sic non facies hominis: sed mens et animus considerari debet. Hec cum Samij audissent: aiunt esopo: Si quid cō silio rempublicam iuuare potes: id vt facies quesumus omnes. Tunc Esopus maiori quadam confidentia ait: Natura ex qua proueniunt omnia bona: iniquum glorie certamen hodie posuit inter dominum et seruum: quoniam vter vicerit: non par premium reportabit. Nam si dominus erit certaminis victor: gloriam et gratiā apud vos consequetur. Sed si ego seruus / prestantiorem me exhibuero. non libertate vt ius foret. sed maledictis / verberibus / et carcere premiabor.





Itaqꝫ si hoc certamen hostire: ac me liberū fieri parati estis: vt cum fiducia loqui queam: vobis profecto (pace dixerim omnium) quid hoc protendat augurium: proculdubio aperiam. Tunc vniuersa concio ad vnum acclamauit: equum postulat: manu esopum Xanthus emittat. Id dum Xanthus se facturum negaret: Questor publica auctoritate inquit et nisi scito plebi parueris: ego Junonis ede libertum iure pretorio liberali illum asseram manu: ac constituam tibi in edilitate collegam. Amici igitur ac necessarij hortati sunt Xanthum: vt manu Esopum mitteret: ac reipublice cō donaret. Tunc Xanthus haud libens/coram omni populo/esto liber esope ait. Tum preco publice alta voce clamauit: Xanthus philosophus missum manu facit Esopum. Et sic adimpletū est: quod Xantho superius dixerat esopus: velis nolis me liberum facies. Igitur esopus liber admodum factus: in medium turbe procedens: atqꝫ manu indicans silentium ait: Uiri Samij: quod aquila: que est rex inter aues: vti sunt reges inter homies annulum pretorium sustulerit: hoc sane ꝑtendit: ꝙ quispiam ex his: qui reges sunt: libertatem vestram vestrasqꝫ leges abrogare inquirent. Hec cum Samij audissent/territi sunt: Atqꝫ paruꝫ post: adest tabellarius cum litteris regijs senatum Samioꝝ postulans. Itaqꝫ reddite sunt senatui in huiusmodi verborum seriem littere. Rex Lydorum cresus samiorum senatui plebiqꝫ salutem: Jubeo vos tributa mihi vt exhibeatis: ac vectigalia tribuatis: ꝙ si huic edicto nō parebitis: ceu parere debetis: pauperies tanta vobis inferetur: quantam haud ferre poteritis. His litteris in senatu recitatis: cum omnes terrore inclinarentur regi esse parendum: tamen quid Esopus consuleret audire decreuerunt. Esopus ad subsellia profectus: atqꝫ rogatus vt sententiā diceret. ait: Uiri Samij: quod tributa aut vectigalia regi exhibeatis: quāuis video ad id vos inclinari: haud eqꝫdem suadeo: quāobrem vero: vobis breuiter aperiam: vt quid expediat rei publice vestre cōsulere queatis. Fortuna mortalibus duplicem in vita viam ostendit. vnam quidem libertatis: cuius initiuꝫ dum asperum: ac difficile est: finis vero valde planus: equus: perfacilisue. Alterum vero seruitutis: cuius initium facile est/planū atqꝫ campestre: sed finis est asperrimꝰ: nec sūma sine angustia cōmeabilis. dixi. Hec cum audissent Samij: cognoscentes quid conduceret reipublice sue: ad vnum sententie esopi acclamarunt: asserentes cum simus liberi: seruire nolumus. eoqꝫ responso nuncium regium remiserunt. Cresus his cognitis: animo cōmotus decreuit ad exemplum aliorum: copias contra samios transmittere: ni regius nuncius impedimento fuisset: qui regi inquit: Nunqꝫ potes Samo potiri: nisi esopus cuius consilio Samij vtuntur: prius inde amoueatur. Ue-

rum enim potes per legatos a Samijs postulare: quod si tibi transmittatur Esopus: ꝛ gratias quasuis: et tributorum remissionem ipsis indulges. ꝙ si hoc faciūt: In tua manu Samios haberes. Tunc Cresus hoc consilio suasus: quēdam ex proceribus samum legauit. Is cum Samum applicuit: atq̧ in contione mandata regis exposuit: suasitq̧ plebi: vt regi Esopum transmitterēt. Esopus in contionem accitus: ac regis sententiam sentiens ait: Uiri Samij: Cupio equidem ad regis pedes me conferre: sed vobis prius fabulam narrare.



Uo tempore animalia bruta ad vnum cōueniebāt lupi ouibus bellum intulerunt. Igitur oues cum se a lupis tueri nequirent: Auxilium a canibus postularunt: qui pro ouibus pugnantes: lupos dare terga vrgebant. Tunc lupi / cum se bello inferiores cognoscerent propter canes / pacem perpetuam offerunt ouibus per legatos: modo vnicam pacis conditionem recipiant: vt canes ad omnem suspitionem belli tollendam: lupis custodiendi tradantur: Oues stolide / lupis credentes: pacem cum lupis / accepta conditione firmarunt. Igitur lupi occisis canibus: absq̧ difficultate oues perdiderunt. ¶ Hanc fabulam cum dixit Esopus. Samij vt Esopus nullo pacto mitteret decreuerunt.



AT Esopus decreto Samiorum nõ paruit: sed vna cũ lega-
to ad Cresum regem nauigauit: corãq eo se presentauit.
Cresus vero cũ Esopũ cõspexit: indignabũdus ait: Hic
ne auctor est: q Samij haud pareant iussionibus meis?
Tum inquit Esopus: Maxime rex regũ / ego quidẽ nulla vi / nul-
laq necessitate coactus: sed spõte et vltro ad tuũ me cõtuli cõspectũ
fiduciã habẽs / q equis aurib⁹ me audies. Data igitur sibi copia fan-
di: denuo inquit Esopus: Homo quidã pauper cum ad locustas ve
naretur / cepit et cicadã / que cum se interemi debere videret: Inquit au-
cupi / Ne abs re interimere me velis: nã nec spicas ledo: nec corym
bis officio. sed plausu alarũ / pedũue / cantando harmoniã cõficio /
qua viantes delecto: atq vie leuo laborẽ. Et preter vocem in me re-
peries nihil. Hec auceps ille cum audiuit: emisit manu cicadam. Et
ego te rex obsecro ne me de nihilo et insontẽ occidas. Nam nec volo
nec possum / ex corporis debilitate alicui ferre iniuriã. sed ea loquor
que vite mortaliũ sunt vtilissima. Tunc rex admiratiõe simul et mise
ricordia motus. Inquit esopo: Non ego tibi vitam sed fortuna ipsa
largitur. Siquid vis pete: id sane dabitur. Tũc ait esopus: Unũ dũtaxat
obsecro: vt samijs tributa remittantur. Remittantur inquit Cresus. Tum
esopus: Humi pcidẽs / regi gratias egit. Deinde fabulas que vsq
ad hec tẽpora habentur edidit: regiq inscripsit. Deinde acceptis a re
ge litteris ad Samios super tributorum remissiõe: multis etiã ab ipso
rege donis donatus: samũ nauigauit. Ergo esopũ veniẽtem / sũmo
cum honore receperũt. Nam senatus omni populo sequẽte obuiam
iuit: insuper sertis et choreis totũ opidũ fuit ornatũ. Esopus ad subsel
lia ductus: regias litteras pro rostris recitauit: edocuitq senatũ / tri-
buta eis indulgere / simul et libertatẽ. Post hec Samo abiẽs per

varias natiões pegrinatus est: vbiqꝫ gentiū predicās: atqꝫ in fabulis documēta mortalibus exhibēs. Verū eñ cum babyloniā peruenisset: ibiqꝫ suā ostēderet sapiētiā: sūmo in honore habitus est apud lycurgū babylonie regē. Quippe reges tēporibus illis ꝓblemata inuicē ꝑ epistolas ioco mittebāt. que q̄ interꝑtari nesciebat/ exhibebat tributa mittēti. Unde esopus cum ipsa ꝓblemata ꝓbe interꝑtaret: clarū reddidit babylonie regē atqꝫ ꝓ ipo lycurgo ꝓblemata edidit alijs regibus mittēda. Que quia solui nō possent/ tributa plurima lycurgo exhibebant. Quāobrem babylonie regnū longe lateqꝫ celebre factum est.



Ceterū cum Esopus esset sine ꝓle/ adoptauit sibi quēdaꝫ generosuꝫ adolescentē noīe Enus: quē in cōspectū regis sepius adduxit: cōmēdauitqꝫ nō secus ac si ex ipo natus esset. Is nō multo tpe post: cum se cōmiscuisset cū ancilla quā esopꝰ vxorariā habebat /veritus ne sibi acriꝰ succēderet: apud regē falso accusauit Esopuꝫ: litteras adulterinas sub noīe Esopi ad aduersarios regis ꝯscriptas: ac eiusdē signo signatas reddēs. Quibus operā suā in ꝓblematibus soluēdis pollicebat. Rex vero lycurgus signo fidē adhibēs: animo supra modū motus: iussit hermippo vt esopū mori faceret sine mora. At Hermippus Esopi studiosus: ipsuꝫ in sepulchro clanculū abscōdit/ ibiqꝫ diu viuū seruauit. sed bona eius assecutꝰ est Enus. ¶ Longo vero tpe post: Nectanabo egyptioꝝ rex. estimās (vt fama erat) esopū esse mortuū: statim ad lycurgū misit ꝓblemata ꝑ litteras huiusmodi figurā cōtinētes. Nectanabo egyptioꝝ rex lycurgo babylonie regi salutē: qm̄ turrim edificare velim: q̄ nec celū/ nec terrā attingat: Mittito ad me fabros/ q̄ turrim ipaꝫ edificēt. ⁊ ad rogata respōdeto: atqꝫ ex toto territorio meo

annos decem tributa capito. Hoc ꝓblema cum accepisset lycurgus longe tristatus est. Itaq; anxius super tali decisione: accitis sapientibus suis/ vt questionem illam soluerent: edixit. Cum omnes ambigerent: nec ꝓpositū soluere quirent. Lycurgus humi ꝓstratus: misero ve mihi gemens ait: Qui regni mei perdidi colūnam: quod factum me pepulit: vt Esopum interimi iuberem: Hermippus cognito regis merore lycurgum adiens inquit: Ne te amplius afflictes: quoniā illum occidi minime feci: percipiens te aliquādo peniturū: quare certior esto: ꝙ quem interfici iussisti: is hoc tēpore inter sepulchra viuit: Nam tuam veritus iussionem in monumēto quodam ad hanc vsq; diem viuum seruaui. Hec cum rex audisset: nō parua leticia plenus/ cōtinuo exurgens/ atq; hermippum amplectens inquit Si verū loqueris: ꝙ Esopus viuat: hunc diem certe mihi fecisti perpetuum: Si porro illum seruasti: regnum meum stabilisti: iussitq; vt coram statim duceret. Esopus squalidus/ tenuis ac veternosus: cū in regis cōspectū ꝓcessisset: ⁊ rex faciem cōuersus ingemuit. Mandauitq; vt subito lauaret: mutareturve. Igit Esopus lotus/ mutatusq; in regiam pergit: regeq; salutato: suam causam dixit: super quibus ab Eno filio suo adoptiuo fuerat accusatus. Et cum rex iuberet ꝙ Enus eo supplicio plecteret: quo parricide plectunt. Esopus vt sibi ignosceret exorauit. Deinde rex epistolam capiens Esopo tradidit ad legendum: quam oculis cum percurrit: questione haud soluta inquit: Rescribe rex in hanc sententiam: quod cum hyems transierit: mittens sibi: qui turrim edificēt: ac eo tempore ad singula respōdebis. Tunc rex cum huiusmodi rescripto/ remisit tabellarium egyptiorum.



Deinde Esopo bona sua reddi mandauit: et ad pristinā re
stitui dignitatem. Insuper Enum sibi cōdonauit: vt arbi
trio suo illū vlcisceret. At Esopus illum benigne tracta-
uit: talibusq monitis studiose coarguit: sic aiēs: Fili/ ver
bis meis attendito diligenter: ac illa penitissimo corde teneto Foris
omnes sapimus dum alijs cōsilium damus: nobis ipsis cōsulere ne
quimus. Homo cum sis: humanis casibus te subditū esse memēto.
Deum in primis colito. Regem tuū obseruato. Cum sis homo/ hu-
mano curato: quoniā deus vlciscit iniustos. Scelus est vltro infer-
re molestiam. Animo generoso/ indignos ferto successus. Inimicis
tuis te trucem exhibeto/ ne vtiq te cōtēnant: Ac amicis lenem atq
officiosum: vt tibi in diem sint beniuolētiores. Valitudinem malam
inimicis optato simul et ruinam: ne tibi decetero nocere queāt: ami-
cis vero psperos optatos successus: Vxori frugalia loquere: ne al-
um sibi cupiat viruz. Quippe femina cum varia super ac mutabilis
sit: sibi blandit: ocius inclinat ad malū. Hominem secum vitare me-
mento. Homo nequā licet ei pspera succedāt: nihilominus miser est
Aures quā linguā habeto magis acutas. Linguā cōpescito: pau-
ca loquere inter pocula: vbi nō sapiens sed ridiculus plus habetur
Quibus fortuna fauet: haud inuideto: sed potius gaudeto: quippe
inuidia inuidenti pcipue nocet. Curato familiā: vt nō modo vt dñs
sed vt beneficiū tui te vereant. Verecundiā serua: ne a ratione deci-
das. Nec te pudeat in diem discere meliora. Consiliū archanū vxori
cōmittere caueto: que vt rumori geret: semper est armata. Quod in
diem laborādo queris: id in crastinū quoq reponito: potius est eni
pecuniā inimicis in morte relinquere: quā ab amicis in vita mendi-
care. Obuiātes saluta libenter: quoniā videmus canem caude plau
su sibi vendicare panem. Turpe nimiū est miserū irridere. Que fru
gi sunt: ea discere ne cesses ac sapientie intendere. Cum quippiam a
quopiam capis: id q ocius reddere curato: vt facilius rursum tibi
accōmodet. Quibus benefacere cum potes: haud te pigeat. Homi
nem maledicentem. loquacem. susurronēue/ ab ostio tuo eminus co-
ercito. Dicta factaq tua amicis tacitis credito. Ea tamē facias: que
fecisse postea te nō pigeat Aduersa cum eueniūt: nō molesto sed ani
mo quieto feras. Improbis flagitiosisq neutiq consulito. Impro-
borumq mores nunq imiteris. Esto hospitalis in hospites peregri
nosue. vt peregre pficiscens qui te recipiāt: habeas. Sermo bonus
cōtra animi vicia medicus est optimus. Ille pfecto est beatus: qui
vero potitur amico. Nihil tam absconditum est: quod tempus de-
mum non ferat in lucem. His et alijs compluribus monitis Enum
Esopus ab se missum fecit.



AT Enus illis monitis coercitus / cõscientiaq̃ cõpũctus q̄ falso Esopum capite accusauerat: abiens/ex loco eminentiori se precipitem dedit: et vti malus malevitã finiuit. Post hec accitis aucupibus mãdauit esopus: vt pullos quattuor aquilinos capere curarẽt. Quos cum habuit: assueuit pascendo sursum ac deorsum volare: ad pedes follibus ligatis: in quibus pueri duo existebant. Nam put pueri pastum eleuabãt: siue dimittebãt: sic aues pastum ipsum sequẽtes/sursum ac deorsum volabant. His igitur preparatis: cum tropicus hyemalis transisset. Esopus cum lycurgi venia Egyptũ nauigauit: certa spe opioneq̃ firma q̄ se admirandũ redderet egyptijs. Uerũenim egyptij Esopi speciem cum conspicarent/monstruosam insulsamq̃: existimarũt ipsũ fore ridiculũ ludumq̃. nõ videntes quod turpia vasa quandoq̃ cõtinent balsamũ: qui liquor omniũ est p̄ciosissimus: Et phiale nõ lympide meraca sepius cõtinent vina. Itaq̃ Esopus in regiam pfectus ad regis genua pcidit. At rex in maiestate existens: eum benigne recepit. Deinde inquit: Cui me ac meos assimilas Esope? Esopus ait: Te quidem soli: tuos vero radijs solaribus. Quippe nõ secus splẽdes: ac splendeat circulus solaris. Qui te circum sic radiãt: vt radij solis ipsum circũradiant solem. Tunc inquit Nectanabo: Lycurgi regnũ q̄d ad nostrũ? Esopus surridens ait nihil inferius: sed in pluribus longe superibus. Quippe regnũ tuũ vt sol/lunam: sic Lycurgi regnũ suo splendore obscurat. Admirans Nectanabo promptã Esopi facultatẽ loquẽdi inquit. Duxistin eos: qui turrim mihi edificent? Ait esopus: Quidni? Modo locum ostẽdas vbi edificare velis. Rex subito ex vrbe in campũ egressus: locum sibi ostendit. Esopus per loci angulos cõstituit aquilas follibus ad pedes ligatis: ac

pueros duos cõtinētibus lingulā manu altera tenētes. Jussit deinde vt pastū eleuarēt: quē aquile sequētes / cum in altū volarēt / clamāt pueri lingulā ostendētes: Exhibete nobis calcem / exhibete nobis lateres / exhibete ligna: ⁊ que ad edificandū sunt oportuna.



Quod cum cōspicaret Nectanabo inquit Esopo: Ecquid apud vos sunt homines alati: Esopus ait: Immo pplures. Sed tu cum homo sis: quid cōtendere cum semideo queris: Tum inquit Nectanabo: Fateor me victū esope sed quod te rogo responde: equas ex grecia huc adduci feci: que ex hynnitu equoꝝ qui sunt in babylonia cōcipiūt. Esopus ait: Super hoc die crastino tibi respondebo: Profectusqꝫ domuꝫ: iussit pueris suis vt cattū habere viderēt: quē cum attulerūt satis magnitudinis Esopus fecit virgis publice cedi. Qd cū accepissent Egyptij: cōcurrentes cattū eripere tentarūt: sed cum nequirent. ꝑfecti ad regiā regi renūciant. Tum rex esopuꝫ iussit acciri. Ei accedēti inquit Nectanabo: Ecquid facis esope: nescis apud nos deum huiusmodi coli figura. Quippe egyptij tale simulachrū precipue colunt. Esopus ait Animal hoc / nocte ꝑxima Lycurgū offendit. Nam occidit galluꝫ pugnacē / generosumqꝫ: qui sibi horas nocte canebat. Inqt Nectanabo: Non putabā esope: tuū esse mentiri: fieri quidē nō potest: qđ nocte vna cattus babyloniā ierit: ac redierit. Surridēs esopus ait: Eo qđē pacto cattus nocte vna babyloniā iuit: ac rediuit: quo eque ad hynnitū equoꝝ qui sunt in babylonia / hic cōcipiunt. His dictis Nectanabo esopi sapiētiā longe cōmendauit. Die vero sequēti Nectanabo ex vrbe Solis / euocauit homines sapiētes ac philosophicarū questionū peritos. quos cum de esopo fecisset certiores: ad cenam inuitauit: simulqꝫ esopum. Cunqꝫ discūberent: ex illis quispiaꝫ

inquit Esopo. pace tua dixerim: a deo huc sum missus: vt verba tecū faciā. quid ais ad hoc? Ait Esopus: Deus vt hoies discāt mentiri: minime querit. Quare qd deū vestrū veremini parū: sermo vester vos accusat. Alius item inquit Templū quoddā magnū extat: 7 in eo colūna vrbes duodecim sustinēs: 7 quelibet vrbs triginta trabibus tecta est. quas trabes discurrūt femine due. Esopus ait: Problema hoc apud babyloniā pueri ipsi soluere sciūt. Nam tēplū qd ē orbis est terra. colūna vero annus. vrbes duodecim sunt duodecim menses. trabes triginta sunt ipsoꝝ mensiū dies. femine due / dies et nox esse dicunt: que se alternatim cōtinuo discurrētes sequunt. Tūc Nectanabo suis inqt magnatibus: tributa regi lycurgo me mittere ius est. Unus ex illis ait: Etiā aliud ꝓblema interrogemus: scꝫ qd sit illud: qd nunꝙ vidimus: neqꝫ audiuimus? Tunc rex ait Esopo: Dic queso Esope: qd illud est: qd nos nunꝙ vidimꝰ neqꝫ audiuimꝰ Esopus ait: Die crastino vobis respōdebo. Itaqꝫ ꝓfectꝰ domū syngraphū astu finxit: quo Nectanabo rex ꝯfitebat: se mutuo habuisse a rege lycurgo mille talēta: que Nectanabo reddere ꝓmittit ad terminū quēdā: q eo tpe ꝓ̄finitus erat. Ac syngraphū regi mane apud regiā reddidit. recitato syngrapho: Rex admirās inqt ꝓceribꝰ suis Audistis ne aut vidistis me a lycurgo pecuniā mutuo habuisse vnꝙ? tūc ait esopꝰ: si id qd dicitis verū ē: qstio soluta ē. Tūc nectanabo inqt Beatꝰ es lycurge q tali viro potiris: atqꝫ esopū cū tributo remisit.



Esopus babyloniā regressus: que i egypto egerat lycurgum edocuit: ac tributū reddidit. Quas ob res lycurgꝰ vt statua aurea esopo publice statueret: mādauit. Paucos post dies Esopus visendi greciā cupidus / veniaꝫ a

lycurgo exorauit:pollicēs se reuersurū: ac reliquū vite apud babyloniā finiturū. Igit per grecie vrbes pficiscēs:suāqꝫ vbiqꝫ locoꝝ in fabulis sapientiā ostendēs:magnū in sapiētia sibi nomen vēdicauit Postremo delphos se cōtulit/locū religione celeberrimū. naz erat religionis caput ibi. Cum turbe euz vt audirēt sequerent:nihilqꝫ honoris sibi a delphis pbitū esset. Esopus ait: Viri delphi: vos quidē ligno siles estis: qd mari defert. qd cum pcul videt: magnū quidez apparet. Cum vero est ppe: parū quid esse cognoscit: sic ego ab vrbe vestra cum essem longius: vos omniū pstantissimos esse putabā: nunc vero ppe/omniū ineptissimos vos esse cognosco.



Hec et huiusmodi delphij audiētes/intra se inquiūt. hic cū per vrbes alias magnā a turbis habeat sequelam: vbiqꝫ gentiū suis oblocutiōib⁹: huius nostre vrbis auctoritatē aut tollet: aut certo minuet: nisi nobis cauerim⁹. Itaqꝫ cōsiliū ceperūt: quo pacto p dolū occiderēt Esopū: et ceu impiū ac sacrilegū morti dānarent. Nam pter turbas palā nō audebāt. Obseruātes igit seruū esopi: dum res suas cōponeret ad recessuz: phialam aureā ex tēplo apollinis ereptā: inter sarcinulas Esopi clam posuerūt. Esopus igit ignarus: que in eum struebant insidie: cum phocida abiret: delphij cursum insequētes. Esopum magno cum clamore cōprehendunt. Et cum Esopus rogaret: qobrem se tenerent: vociferantes inquiūt: Heus impie: heus scelestе: ecquid templū apollinis spoliasti? Quod cum esopus aperte negaret: ac iniquo animo ferret. Delphij solutis sarcinulis phialam aureā inueniūt: quā passim omnibus ostendētes: Esopū vti sacrilegum cum strepitu et magno impetu ducunt ad carcerem. Esopus adhuc ignarus insidiarū

rogat: vt se missuz faciāt. At illi artius in carcerē coercēt. Tunc Esopus cum viam euasionis sue nō videret atq₃ cognosceret: q̄d in eum fieri consultū esset: fortunam suā malignaz gemebat. Quidam eius notus noīe Demas carcerē ingressus: cum Esopū gemētē cōspicat' Inquit ad illū: Ecq̄d sic gemis Esope? esto forti animo/ habe spes bonas: ac teipm ꝯsoleris. Tum esopus subgemēs ait: Mulier quedam de recēti virū sepelierat: ac singulis diebus ad sepulchrū ꝓficiscens plorabat. Arator autē quidā sepulchro ꝓximus luctu mulieris motus bobus relictis ad monumentū accedit: ibiq₃ assidēs: vna cum muliere luget: at hec cōtinuo illū: quid nam illud faceret percūctat. Tum ille: quoniā inquit: vxorē quā mihi charissimā venustissimāq₃ habebā: morte amisi: cuius migrationē dum lugeo: desideriū illius multū leuari intelligo. Tum illa: At hoc ꝓfecto/ nō secus mihi/ ac tibi euenire solet. Demū ille: qn̄ quidē igit ijsdē tenemur egritudinibus: quid est qđ nos retardet. quominꝰ nuptijs cōiuncti. ⁊ tu in amore loco sis vxoris amisse: et ego tibi mariti: ijs ꝓbatis coiuerūt. Interea predo/ acer boues ab aratro solutas abeget. Agricola ad boues regressus: eosq₃ subtractas vidēs plorat: lamētat: vestes scindit: faciē laniat: ad hūc/ merore furentē mulier adiēs: quid nam iam te denuo ꝑturbat? Tum ille heu me miserū: at nunc nō ficto aut simulato vt antea: sed vero ⁊ exꝓsso dolore vrgeor ⁊ ꝑmor. Cui mulier hec subnectēs inq̄t. At cū cetera priora incōmoda leuia mihi eē senserim/ hac p̄sēti calamitate me ꝯfectū iri nō dubito. Ecce delphij qui esopū publico decreto vti sacrilegij reū morti dānarāt: ad vnū cōueniūt: ipm̄q₃ e carcere ducūt: vt e rupe p̄cipitē darēt. Qua re cognita. Esopꝰ inq̄t ad illos: Quo tp̄e aīalia bruta erāt ꝯcordia mus cū rana amicicia cōtracta eā vocauit ad cenā. Igit cuiusdā locupletis penu igressi cū sunt: vbi mel panis ficus ⁊ oīa bona erāt: mus inq̄t rane: ex illis dapibꝰ comede q̄ tibi plꝰ sapiūt. Postq̄₃ varijs letati sūt cibis: rana vicissim ait ad murē: nūc vt de meis cibarijs gustes velim: venias mecū. verū ne turpitudie pereas: pedi meo tuū alligauero. deinde pedē pedi cū ligauit: in stagnū saltauit: ac murē traxit natādo. Mus igit cū se necari videret: clamabat: Eq̄dē dolo necor abs te: sed q̄ in vita remanēt: eoꝝ q̄spiā mortis mee vltor existet. Ecce miluus murē stagno despiciēs: illū deuolās arripuit: pariter ⁊ ranā: ⁊ sic vtroq₃ potitus est miluus. nūc ego abs re iterimor a vobis at vos iure mihi dabitis penas. Nam babylon ⁊ grecia hoc vestrū in me scelus vlciscent. Hec delphij audiētes: nō tn̄ eum dimiserūt: sed repugnantē cū ad locū p̄cipicij ducerēt: Esopus ex eoꝝ manibꝰ aufugiēs in tēplū apollinis se ꝯtulit: atq₃ ad arā ꝯfugit. S₃ nihil sibi ꝓfuit ara. Nā delphij ꝑuim ⁊ īmaniter inde trahētes: ira ⁊ īpetu vt ip̄m p̄cipitarēt: ductitabāt. At esopꝰ cū ignominiose se duci videret. ait ad illos: intēdite delphij deū hūc: l₃ eiꝰ edes parua sit: ī honorare nolitis: sed veream̄i apollinē: ad quē deū nuꝑ cōfugerā. At illi

dictis suis nō intēdētes: ad locum ꝑcipicij eniᵹe trahebāt. Esopus mortē sibi instantē cōspiciens ait: Uiri impij immanesqꝫ: ex quo vobis suadere nequeo: huic fabule queso diligēter intendite: Mulier quedā filiā virginē ac stolidā habens cōtinuo deos orabat: vt sibi sensum infunderēt. Jdqꝫ cum frequētius palā faceret: virgo stolida verba percepit/ retinuitqꝫ.



Post dies vero aliquos: simul cum matre rus ꝓfecta: duꝫ ad ostiū staret: videt rusticū adolescentē/ asellā quādā e regione subigere velle. Accedēs igit ad illum ait: Quid agis bone adolescēs? Jlle ait: Huic aselle sensū infūdo. Memor stolida/ matris verboꝝ ait: Bone adolescēs infunde ⁊ mihi. qȝ si facies: nō frustra laborabis: Nā mater mea tibi multā gratiā habebit. Rusticus omissa asina/ virginē violauit. Jlla vero corrupta leta cucurrit ad matrē inquiēs ei: Letare mater: iam tuis ꝑcibus sensum accepi. Mater ait: Dilecta filia preces meas iam dij exaudierūt? Quidni mater? Stolida inqt: Juuenis nunc quidā/ quē ego quidē cum voluptate accepi: sensum meo animo subito infudit. Tum mater ait: Hei mihi filia: id demū ꝑdidisti: si quid sensus antehac habuisti. Jtem aliam queso audite fabulā. Agricola quidam cum in agro cōsenuisset: ac vrbē nunqꝫ vidisset: cupidus illā videre: suos orauit: vt se ducerēt in vrbē. Jlli vero ligatis ad currū asellis senem curru impōnūt: aiuntqꝫ: modo agita eos: nam ꝑ sese te ducēt in vrbē. Sed dum senex viat in vrbē: obortis repētino turbine ventoꝝ tenebris: aselli a via recta exeūtes: in locū arduū ⁊ ꝑcipitē deueniūt. Senex mortis ꝑiculū ꝯspiciēs/ proh iupiter exclamat: qua in re tua numina lesi? qȝ sic misere pereo? Nā neqꝫ ab equis ꝓstātibꝰ ⁊ generosis: sꝫ ab asellis distrahor vilissimis. Sic ego nēpe discrutior

quod nō ab hominibus claris illustribusqꝫ: sed ab improbis inutilibusqꝫ seruis interimor. Et cum ad locum precipicij venissent: rursuz aliam narrauit fabulā: sic inquiens: Uir quidam amore filie captus rus misit vxorem: ⁊ apud se retinuit filiam: quam cum viciaret: patri filia inquit: pater ꝓfana facis. velim equidē potius a viris centum/ quā abs te vno/ huiusmodi pati scelus. Et ego delphij ꝓfani ac scelesti: eligerē potius totā circuire Siciliā: ac Scyllā charybdimqꝫ sepius transire: qꝫ a vobis sic per cōtumeliā interfici.



Execro vos vestram patriam. Ac deos deasqꝫ omnes obtestor: vt me iniuste pereuntem exaudiāt: ac digna de vobis supplicia sumant. ¶ Uerum illi obaudientes/ ipsuz ex rupe ardua precipitem dederunt. Et sic misere esopus vitam finiuit. Mortuo Esopo: pestis ⁊ fames: ac vehemens quidā mentis furor delphios cōprehendit. Qua super re consulti apollinem. oraculum habuerunt: vt manes Esopi placarent. Igitur conscientia compuncti: quod Esopum iniuste occiderant/ templum sibi construxerūt. Preterea principes grecie ac prouincie presides/ audita morte Esopi/ delphos ꝓfecti: habita diligentius inquisitiōe/ dignis supplicijs vlti sunt eos/ qui mortis Esopi auctores fuerūt.

Prologus metricus in Aesopum.

Ut iuuet et prosit conatur pagina presens:
Dultius arrident seria picta iocis.
Hortulus iste parit fructum cum flore saporem:
Flos et fructus: hic sapit/ille nitet.
Si fructus plus flore placet: fructum lege. si flos
Plus fructu: florem. si duo: carpe duo.
Ne mihi torpentem sopiret inertia mentem:
In quo peruigile: mens mea mouit opus.
Ut messis precium de vili surgat agello
Uerbula sicca deus implue rore tuo.
Uerboꝝ leuitas/morum fert pondus honestum:
Et nucleum celat arida testa bonum.

Romulus Tyberino filio/de ciuitate Athica salutē Aesopus quidē homo grecus et ingeniosus, fabulis suis docet homies quid obseruari debeāt/ Uerū vt vitā hominū ⁊ mores ostendat: inducit aues arbores/bestias ⁊ pecudes loquētes. Et vt nouerint hoīes fabularū cur sit inuētū gen᷒: aperte ⁊ breuiter narrauit. Apposuitq; vera malis: Cōposuit integra bonis: Scripsit calūnias maloꝝ: Argumenta improboꝝ. Docet infirmos esse humiles. Uerba blanda potius cauere. Et cetera multa varijs his exemplis scripta: ego Romulus trāstuli de greco sermone in latinū. Si autē legis Tiberine fili: ⁊ pleno aio aduertis: inuenies apposita loca: que tibi moueāt risuz: ⁊ acuāt satis igeniū.



Incipit Aesopi fabularum liber primus.

De gallo ⁊ iaspide.

Dum rigido fodit ore fimum dum queritat escam:
Dum stupet inuenta iaspide gallus ait:
Res vili preciosa loco: mirique decoris
Hac in sorde iaces. nil mihi messis habes.
Si tibi nunc esset (qui debuit esse) repertor:
Quem fimus hic sepelit / viueret arte nitor.
Nec tibi conuenio: nec tu mihi. nec tibi prosum:
Nec mihi tu prodes. plus amo chara minus.
Tu gallo iaspis: stolido sic dona sophie
Proficiunt: stolido nil sapit illa seges.

In sterquilinio quidā pullus gallinatius / dum quereret escam: inuenit margaritā in loco indigno iacētem. quam cum videret iacētem sic ait: O bona res in stercore hic iaces. si te cupidus inuenisset: cum quo gaudio rapuisset: ac in pristinū decoris tui statum redisses. Ego frustra te in hoc loco inuenio iacentem. vbi potius mihi escam quero. ⁊ nec ego tibi prosuz. nec tu mihi. Hec esopus illis narrat: qui ipsum legunt ⁊ nō intelligunt. vel qui bestie sunt ante quos ꝓijciunt margarite.



De lupo et agno.

Est lupus/est agnus. sitit hic. sitit ille fluenti
Limite non equo querit vterqꝫ viam.
In summo bibit amne lupus: bibit agnus in imo.
Hunc timor impugnat: verba mouente lupo.
Rupisti potumqꝫ mihi/riuiqꝫ decorem.
Agnus vtrumqꝫ negat/se ratione tuens.
Nec tibi/nec riuo nocui. nam prona/supernum
Nescit iter: nec adhuc vnda nitore caret.
Sic iterum tonat ore lupus. mihi damna minaris.
Non minor/agnus ait. Cui lupus: imo facis.
Fecit idem tuus ante pater sex mensibus actis.
Cum bene patrizes: crimine patris obis.
Agnus ad hec. tanto non vixi tempore. predo
Sic tonat: an loqueris furcifer: huncqꝫ vorat.
Sic nocet innocuo nocuus. causamqꝫ nocendi
Inuenit. hi regnant qualibet vrbe lupi.

Esopus de innocente ⁊ improbo: talem retulit fabulam. Agnus ⁊ lupus sitiẽtes: ad riuum e diuerso venerũt. Sursuꝫ bibebat lupus: longeqꝫ inferior agnus. Lupus vt agnũ vidit: sic ait. Turbasti mihi aquã bibẽti. Agnus pa-

uens dixit: Quomodo aquã turbaui tibi: que ad me de te recurrit? Lupus nõ erubuit veritatẽ: ac maledicis mihi inquit? Agnus ait: nõ maledixi tibi. At lupus & ante sex menses ita pater tuus mihi fecit. Agnus ait: nec ego tũc natus eram. At lupus denuo ait: agrum mihi pascẽdo denudasti. Agnus inqt: cum dentibus careã: quomodo id facere potui. Lupus demum ira cõcitus ait: licet tua nequeã soluere argumẽta: cenare tñ opipare intendo. agnũq3 cepit: innocẽtiq3 vitam eripuit ac mãducauit. ¶ Fabula significat q apud improbos calũniatores: ratio & veritas nõ habent locum.



¶ De rana et mure.

Mure iter arripiente: lacu venit obuia muri
Rana loquax: et opem pacta / nocere cupit.
Omne genus pestis superat mens dissona verbis,
Cum sentes animi florida lingua polit.
Rana sibi murem filo confederat, audet
Nectere fune pedem: rumpere fidem.
Pes coit ergo pedi, sed mens a mente recedit:
Ambo natant, trahitur ille: sed illa trahit.
Mergitur / vt secum murem demergat: amico
Naufragium faciens: naufragat ipsa fidem.
Rana studet mergi: sed mus emergit: et obstat
Naufragio: vires suggerit ipse timor.
Miluus adest: miserumq3 / truci capit vngue / duellum:
Hic lacer, ambo iacent: viscera rupta fluunt.

Sic pereant/qui se prodesse fatentur: et obsunt.
Discat in auctorem pena redire suum.

Qui de salute alterius aduersa cogitat: nõ effugiet malũ. De quo talem audi fabulam. Mus dum transire vellet flumen: a rana petit auxiliũ. At illa grossum petit quo murem sibi ad pedem ligauit ꝛ nare cepit flumen. In medio vero flumine: se deorsum mersit/ vt misero muri vitam eriperet. Ille validus dum teneret vires: miluus ecõtra volãs: murem cum vnguibus rapuit: simul ꝛ ranam pendentẽ sustulit. Sic ꝛ illis cõtingit qui de salute alterius aduersa cogitant.



De cane et oue.

In causam canis vrget ouem /sedet arbiter audit:
Reddat ouis panem/ vult canis: illa negat.
Pro cane stat miluus/stat vultur/stat lupus/instant
Panem quem pepegit reddere/reddat ouis.
Reddere non debet/nec habet quem reddere possit:
Et tamen vt reddat/arbiter instat/oui.
Ergo suum (licet instat hyems) preuendit amictum:
Et boream patitur vel lere nuda suo.
Sepe fidem falso mendicat inertia teste:
Sepe solet pietas criminis arte capi:

De calūniosis hominibus dicit: q semper calūniosi in bonos cogitant mendacium: & fauentes secum adducūt: ac falsos testes emunt. De his ergo talis proponit fabula. ¶ Canis calūniosus dixit debere sibi ab oue panē / quē dederat mutuo: contendebat autem ouis nunq̄ se panem ab illo recepisse. Cum autem ante iudicem venissent: canis dixit se habere testes. Introductus lupus ait: scio panem comodatū oui. Inductus miluus/me corā (inquit) accepit. Accipiter cum introisset: quare negasti quod accepisti inquit? victa ouis tribus testib9 falsis: iudicat arctius exigi. Coacta vero ante tempus/lanas suas vendidisse dicitur: vt quod non habuit redderet. ¶ Sic calumniosi faciunt malum innocentibus & miseris.



¶ De cane et carne.

Nat canis ore gerens carnem/caro porrigit vmbram.
Umbra coheret aquis: has canis vrgit aquas
Spem carnis/plus carne cupit/plus fenore signum:
Fenoris os aperit: sic caro/spesq̄ perit.
Non igitur debent pro vanis certa relinqui:
Non sua si quis amat/mox caret ipse suis.

Amittit proprium quisquis auidus alienū sumere cupit: De talibus esopi fabula sic narrat. ¶ Canis flumen transiens: partem carnis ore tenebat. Cuius vmbram videns in aqua/aliam carnem credens: patefecit os/vt etiā eandem arriperet: & illam quā tenebat dimisit: eamq̄ statim fluuius ra-

ruit: Et sic cõstitit vbi illam perdidit: et quam putabat sub aqua arripere/ nõ habuit: ac illam quã ferebat/ similiter perdidit. ¶ Sic sepe qui alienum querit/ dum plus vult: sua perdit.



¶ De leone/ vacca/ capra et oue.

Ratione pari fortune munera sumat
  Fedus sumit ouis: capra: iuuenca: leo.
Ceruus adest/ rapiunt ceruum: leo sic ait/ heres
  Prime partis ero: nam mihi primus honor.
Et mihi defendit partem vis prima secundam:
  Et mihi dat maior tertia iura/ labor.
Et pars quarta/ meum: ni sit mea/ rumpit amorem.
  Publica solus habet fortior/ ima premens.
Ne fortem societ/ fragilis: vult pagina presens.
  Nam fragili fidus: nescit adesse potens.

Dicitur in prouerbio/ nunquam fidelẽ esse/ potentis diuisionem cum paupere: De isto videamus quid hec fabula narret cũctis hominibus. Juuẽca capella et ouis/ socij fuerũt simul cum leone. qui cum in saltibus venissent: et cepissent ceruũ: factis partibus/ leo sic ait: Ego primã tollã ait leo. Secũda pars mea est: eo quod sim fortior vobis. Tertiam vero mihi defendo: quia plus vobis cucurri. Quartã vero qui tetigerit/ me inimicũ habebit. Sic totam predã illã solus improbitate sua abstulit. Cunctos monet hec fabula non sociari cum potentibus.



De fure malo/et sole.

Femina dum nubit furi/vicinia gaudet
Vir bonus et prudens talia verba mouet.
Sol pepigit sponsam/Jouis aurem terra querelis
Perculit.et causam cur foret egra/dedit.
Sole premor solo:quid erit si creuerit alter?
Quid patiar/quid aget tanta caloris hyems?
Hic prohibet sermo/letum prebere fauorem
Qui mala sectantur/vel male facta parant.

Natura nemo mutatur:sed de malo peior nascit̃. De hoc audi fabulam. Vicini qui erant furi:frequentabant illi nuptias. Sapiēs cum interuenisset: vicinos gratulari vt vidit:continuo narrare cepit. Audite inquit gaudia vestra. Sol vxorem voluit ducere:omnis natio interdixit ei:⁊ magno clamore Joui cōuiciis non tacuerūt. Jupiter cōmotus:ab illis causas iniurie querit:tunc vnus ex illis ait Joui: Modo sol vnus est nobis:⁊ estu suo omnia turbat tanto: vt deficiat simul omnis natura:quid nam erit nobis futurum/cum sol filios ꝓcreauerit? Admonet malis hominibus non congratulari.



De lupo et grue.

Arta lupum cruciat via gutturis/osse retento:
Mendicat medicum: rite daturus opem.
Grus promissa petit/de faucibus osse refulso.
Cui lupus: en viuis munere tuta meo.
Nonne tuum potui morsu conscindere collum:
Ergo tibi munus sit tua vita meum.
Nil prodest prodesse malis/mens praua malorum
Immemor accepti non timet esse boni.

Ulicumque malo benefacit/ satis peccat: de quo talem audi fabulam. Ossa lupus cum deuoraret/ vnum ex illis in faucibus ei adhesit transuersum/ grauiter eum affligens Inuitauit lupus magno premio/qui ab hoc malo ipsum liberaret/os illud de faucibus extrahendo. Roagbatur grus/ collo longo vt prestaret lupo medicinas. Id egit vt immitteret caput faucibus lupi: et os ledens/extraheret. Sanus cum esset lupus: rogabat grus promissa sibi premia reddi. At lupus dixisse dicit. O quam ingrata est grus illa/que caput incolume de nostris faucibus extraxit/nec dentibus meis in aliquo vexatum: et insuper mercedē postulat. Nunquid meis virtutibus facit iniuriam: Hec fabula admonet illos qui malis volunt benefacere.



De duabus canibus.

De partu querulam verborum nectare plenam
Pro cane mota canis: suscipit ede canem.
Hec abit: illa manet. hec cursitat: illa quiescit.
Huic tamen a partu rumpitur illa quies.
Illa redit: reddique sua iura precatur:
Obsecrat hec aurem/ non minus aure domum.
Plus prece posse minas putat hec: plus bella duabus:
Nescit posse minas plus prece/ bella minis.
Cum dolor hanc armat/ plus matrem filius armat:
Cedit sola gregi/ causaque iusta perit.
Non satis est tutum mellitis credere verbis:
Ex hoc melle solet pestis amara sequi.

Blanda verba mali hois/ graues faciunt iniurias: quas vt omes vitemus subiecta monet fabula. Canis parturiens rogabat alterā/ vt in eius cubiculo exponeret fetū. At illa rogāti ɔcessit ingressuz/ vt partū exponeret. Deinde ꝛ illa rogabat vt cū catulis suis iam firmis exiret: illa vero roganti nō cessit. Paulopost illa cepit cubile suū repetere: ꝛ minando illā vt exiret hortari. At illa ab stomacho sic ait: qd me turbas cum iniuria? Si mihi meeque turbe occurras/ ꝛ sis fortior nobis: reddam locū tibi. Sic sepe boni amittūt sua/ ꝑ alioꝝ verba blanda.



De homine et serpente.

Dum niue candet humus/glacies dum sopit aquarum
Cursus:in colubrum turbida seuit hyems.
Hunc vidit:hunc reficit/hominis clementia:ventum
Temperat huic tecto:temperat igne gelu.
Ver redit:imber abit:estas cum sole calescit.
Sic importunus fit magis atqȝ magis.
Ore serit virus coluber:sic toxicat edem:
Hospes ait colubro/non rediturus/abi.
Non exit coluber/nec vult exire/sed heret:
Amplectensqȝ virum:sibila dira mouet.
Reddere gaudet homo necȝ pro melle venenum:
Pro fructu penam/pro pietate dolum.

Qui fert malo auxilium/sciat quia satis peccat:Et cum illi benefecerit/sciat sibi noceri ab illo:Ideo hanc audi fabulam. Frigore ⁊ gelu vrgēte:quidam homo pietatis causa/colubrum ad se sustulit ⁊ intra lares suos aluit: ac hyeme tota fouit. Refectus vsqȝ ad tēpus:cepit esse iniuriosus:⁊ veneno multa fedare : et ne cum gratia exiret iniuriosus esse voluit.
Hanc sciant multi fabulā: qui voluntate quidem sua aliquos ingratos vouent:qui cum volunt abscedere:nocent.



De asino et apro.

Audet asellus aprum/risu tentare proteruo
Audet iners forti dicere frater aue.
Vibrat aper pro voce caput/nam verba superbit
Reddere: sed dentem vix tenet ira trucem.
Sus tamen ista mouet: vilem deus nobilis escam
Spernit: desidia tutus es ipse tua.
Non debet stolido ledi prudentia risu:
Nec stolidus doctum debet adire iocis.

De male ridentibus sapiens talem subijcit fabulã. Aliqui homines/alijs contumeliosi existunt/ sed sibi congerunt malũ: veluti asinus occurrens apro: salue inquit frater: indignatus aper/tacuit dissimulãs/agitauitq; caput Absit inquit tamen a me vt de vano sanguine dentes meos coinquinem: nam oportebit vel iniuriosũ/vel laceratũ relinquere. Monet hec fabula: insipientibus parci debere: stultos autem desistere: qui insultare volunt melioribus.

De duobus muribus.

Rusticus vrbanum mus murem suscipit ede
Comedat vt secum/mensa ea mente minor.
In tenui mensa satis est immensa voluntas:
Nobilitat viles frons generosa dapes.
Facto fine cibis: vrbanus rursus agrestem
Mus rogat vt socius tendat ad vrbis opes.
Ecce penu subeunt/inseruit amicus amico:
Inuigilant mense/fercula mensa gerit.
Emendat conditq; cibos clementia vultus/
Conuiuam satiat plus dape frontis honor.
Ecce sere clauis immurmurat: hostia latrant:
Ambo timent/fugiunt ambo/nec ambo latent.
Hic latet: hic tenebras cursu mendicat inepto.
Assuitur muro reptile muris onus.
Blanda penu clauso parcit fortuna timenti:
Ille tamen febri teste/tremore timet.
Exit qui latuit/timidum solatur amicum:
Gaude/carpe cibos/hec sapit esca fauum.
Fatur qui timuit/latet hic sub melle venenum:
Fellitumq; metu/non putat esse bonum.

Quam timor obnubit/non est sincera voluptas.
Non est sollicito dulcis in ore fauus.
Rodere malo fabam: q̃ cura perpete rodi.
Degenerare cibos cura diurna facit.
His opibus gaude/qui gaudes turbine mentis:
Pauperiem ditat pax opulenta mihi.
Hec bona solus habe/que sunt tibi dulcia soli:
Dat precium dapibus vita quieta meis.
Finit verba/redit. preponit tuta timendi:
Et qui summa timent/tutius ima petunt.
Pauperies si leta venit/tutissima res est.
Tristior immensas pauperat vsus opes.

Securum in paupertate melius esse: q̃ diuitem tedio macerari. per hanc breuem auctoris probat fabulã. ¶ Mus vrbanus iter agebat: sicq̃ a mure agrario rogatus / hospitio suscipit. qui in eius breui casella ei glandes ⁊ hordeum exhibuit. Deinde abiens mus itinere perfecto: murem agrarium rogabat: vt etiam ipse secum prãderet. factumq̃ est dum simul transirent: vt ingrederentur domum honestam: in quoddam cellarium bonis omnibus refertum. Cum hec / mus muri ostenderet: sic ait. fruere mecum amice de his que nobis quotidie superant. Cumq̃ multis cibarijs vescerentur: venit cellarius festinans ⁊ ostium cellarij impulit: mures strepitu territi: fugam per diuersa petiere loca: Mus vrbanus notis cauernis cito se abscondit. At miser ille agrarius: fugit per parietes ignarus: morti se proximam putans. Dum vero cellarius exiret/cellaris ostio clauso: sic mus vrbanus agrario dixit: quid te fugiendo turbasti? fruamur amice bonis his ferculis omnibus: nil verearis nec timeas: periculũ nanq̃ nullum est nobis. Agrarius econtra: Tu fruere his omnibus: qui nec times nec pauescis: nec te quotidiana terret turbatio. ego viuo frugi ĩ agro/ad omnia letus. Nullus me terret timor: nulla mihi corporis perturbatio. at tibi omnis sollicitudo ⁊ nulla securitas. A tensa teneberis muscipula: a cato captus comederis: ac infestus ab omnibus exosus haberis. ¶ Hec fabula illos increpat: qui se iungũt melioribus: vt aliquo bono fruantur. quod ipsis a natura datum non est: diligant ergo vitam homines frugalem. ipsis a natura datam. ⁊ securiores in casellis viuent.



De aquila et vulpe.

Cum vulpes aquilam/pro rapta prole/perungit.
 Melle precum: predam reddere nescit auis.
Preda gemit: nidiq; cibus timet esse gulosi:
 Sed redimit natos vtilis arte parens.
Arboreum cingit stipulis et vimine truncum:
 In stipulam docto porrigit ore facem.
In pullos aquile consurgit copia fumi:
 Hinc timet et vulpem prouida placat auis.
Non igitur studeat quis maior/obesse minori:
 Cum bene maiori possit obesse minor.

Potentes metuere debere infimos: hec attestatur fabula. Vulpinos catulos aquila rapuit/ac in nidum deportauit/vt pullis suis escam daret. prosecuta vulpes/aquilam rogabat. catulos suos sibi reddi. aquila contempsit vulpem/quasi inferiorem. vulpes plena dolo. ab ara ignem rapuit. et arborem circundedit collecta stipula. Cunq; fumus et flāma perstreperent: aquila dolore pulsa natorum/ne flammis simul perirent incolumes/vulpinos catulos supplex reddidit matri. Docet hec fabula multos: ne quis insultet inferiori: ne ab aliqua flāma vindicte incendatur.



Fabula. xiiij. De testudine aquila et cornice.

Es aquile / predo testudinis / aera scindit.
Hanc sua concha tegit / cornua longa latent.
Hoc monitu cornix aquilam premunit ineptum:
Fers onus / hoc fiet vtile (crede) tibi.
Quod geris in concha cibus est: tibi surripit illum
Concha cibum. concham frange / cibusque cadet.
Ut concham lanies / pro viribus vtere sensu.
Hanc si celsa cadet / saxea franget humus.
Ad volucris monitus / testudo fertur ad astra:
Inde cadens / fracta: fit cibus / arte noua.
Sic aquile virtus cornici credula / preda est.
Perdit: quod cornix dum cadit ore rapit.
Ingenium vires superat / prudentia summa
Credere prudenti / lingua ministra necis.
De se stultus homo: subuersus turbine lingue
Corruit / et fortes ista procella rapit.

Qui tutus et munitus est / a malo consiliatore subuerti potest. De hoc auctor sic ait. Aquila testitudinē rapuit: et alto celo cū ea volauit. testudo intra se collecta: nullo pacto frangi potuit. Contra volans cornix / verbis aquilam

laudaris: optimā inquit fers predam: sed nisi ingenio vtaris: frustra portabis onus. nec vtilis erit tibi hec preda. Tunc aquila illi partē prede ꝓmisit / vt illi cōsuleret. At cornix tale dedit consilium ⁊ ait: vsqꝫ ad astra volato / ⁊ ab alto supra petram preda tua cadat / vt testa frangat testudinis / et nos esca fruemur. ¶ Hoc iniquo consilio cornicis / perijt testudo / quā natura forti concha muniuit. Et caruit aquila cibo labore quesito.



¶ De coruo et vulpe.

Vulpe gerente famem / coruum gerit arbor et escam
Ore gerit coruus / vulpe loquente silet.
Corue decore nitens / cygnum candore preibis.
Si cantu placeas: plus aue quaqꝫ places.
Credit auis / pictaqꝫ placent preludia lingue.
Dum canit vt placeat / caseus ore cadit.
Hoc fruitur vulpes / insurgunt tedia coruo.
Asperat in modico damna dolere pudor.
Fellitum patitur risum / quem mellit inanis
Gloria. vera parit tedia falsus honor.

Qui se laudari gaudent: verbis subdolis decepti: penitēt De quo hec est fabula. ¶ Cum de fenestra coruus caseū raperet: alta cōsedit in arbore. Vulpes vt hunc vidit. caseum habere cupiēs: subdolis verbis sic eum alloquitur. O corue q̄s similis tibi. ⁊ pēnarū tuarū qualis est nitor: qualis esset decor tuus si vocem habuisses claram: nulla tibi prior auis fuisset.

e

At illa vana laude gaudens: dum placere vult ⁊ vocem ostendere. validius clamauit: ⁊ ore aperto: oblitus casei ipsum deiecit: quē vulpes dolosa celerius rapuit: et auidis suis dentibus abrodit. Tunc coruus ingemuit: ac vana laude deceptus penituit: sed post factum quid penitet. ¶ Monet autem hec fabula cunctos verbis subdolis vaneqꝫ laudantibus non attendere.



¶ De leone apro/thauro ⁊ asino.

Irretit miserum/grauitas annosa/leonem.
Inglatiat/corpus corqꝫ senile/gelu.
Instat aper/pensat veteri pro vulnere vulnus.
Frontis eum telo thaurus vtroqꝫ fodit.
Seuit asellus iners/et frontem calce sigillat.
Hec solo gemitu vindicat acta leo.
Omnia que vici/me vincunt omnia: dormit
Vis mea. dormit honor: dormit honoris opus.
Cui nocui/nocet ille mihi/multisqꝫ peperci:
Qui mihi non parcunt/pro pietate nocent.
Hunc timeat casum qui se non fulcit amicis:
Nec dare vult felix quam miser optat opem.

Quisquis amiserit dignitatem: deponet audaciā pristinā ne a quolibet iniuriā patiatur: vt hec ꝓbat fabula. ¶ Annis decrepitus ⁊ viribus leo: cum grauatus iaceret: spi-

ritum extremum trahens aper:ad eum venit iratus:⁊ spumans dentibus suis fulmineis:veterem ictu vindicauit iniuriā. Thaurus cōfodit cornibus hostile corpus leonis. Asinus autē dum sic videret feram dudum sibi inimicam:calcibus illi frontem cōtudit. At ille cū gemitu suspirās:sic dixisse fertur. Cum virtus mea staret:fuit honor fuit et timor. vt omnes nisi me curarent: ⁊ opinio ipsa de me plures terreret:multos autem beniuolus nō lesi/sed ⁊ ipsis auxiliator fui/ qui omnes nunc mihi malignant. Et quia vires et potentia defecerunt/omnis honor simul perijt cum illis. Monet multos hec esopi fabula/mansuetos esse in dignitate.



¶ De asino et catello.

Murmuris et caude studio testatus amorem:
Nunc lingua catulus/nunc pede calcat herum.
Gaudet herus comit atq; canem.comitemq; ciborum
Efficit.alludit turba ministra cani.
Arte pari.similesq; cibos/similemq; fauorem.
Lucrari cupiens/inquit asellus iners:
Me catulo prefert vite nitor.vtile tergum:
Et placeo fructu.sed placet ille iocis.
Ludam.ludo places.sic ludi/tempore viso
Vt ludo placeat:ludit/et instat hero.
Blandiri putat ore tonans/humerosq; priorum
Pressit mole pedum.se putat esse pium.

Clamat herus, vult clamor opem, subit ordo clientum,
Multa domat multo verbere claua reum,
Quod natura negat/nemo feliciter audet:
Displicet imprudens vnde placere putat.

Quem nõ decet reddere officia: vt quid se ingerit melioribus: De quo auctor talẽ subiecit fabulã. ¶ Asinus quotidie videbat catelle blãdiri a dño: de mensaqȝ illã saturari/familiã illi plura largiri. Ac sic dixisse mẽte asinus fertur. Si hoc animal tam exiguũ ⁊ imundũ/tantũ meus diligit dñs/totaqȝ familia: quantũ vtiqȝ me diliget: ⁊ si obsequiũ illi prestauero. melior nanqȝ cane sum/ad plurima vtilis officia: insup aqua de sanctis fontibus alor: cibus mũdus mihi datur: melior sum catello: meliori vita frui possum: et maximũ honorẽ habere. Cumqȝ hec asinus secũ cogitasset/vidit dñm introire: accurritqȝ velocius clamans ꝓsiluit sup eũ/humerisqȝ suis pedes anteriores imposuit: linguaqȝ vt catella solebat eum lingens. vestem etiã suã deturpauit. suo põdere ipm fatigãdo. Dñs autẽ asini blandimẽtis territus: clamare cepit ⁊ auxiliũ petere/ex hoc cõcitat omnis familia: fustesqȝ ⁊ lapides arripiũt. ac verberibus asinũ debilitãt/mẽbris costisqȝ fractis/eum ad presepiũ ligant/lassum ⁊ semiuiuũ. ¶ Fabula hec monet/ ne qͥs indignus/se ingerat/vt melioris officiũ faciat.



¶ De leone et mure.

Rigida sopito blanditur sylua leoni:
Cursitat hic murum ludere prompta cohors.

Pressus murem leo mure rapit vngue: precatur
Ille: precem libat/ subiacet ira preci.
Hoc tamen ante mouet animo: quid mure perempto
Laudis emam: summos vincere parua pudet.
Si nece deuincat murem leo/ nōne leoni
Dedecus: et muri ceperit esse decus:
Si vincat minimum summus/ sic vincere vinci est:
Vincere posse decet/ vincere crimen habet.
Si tamen hoc decus est: et laus sit: vincere laus est:
Et decus hoc minimo fiet ab hoste minus.
De precio victi pendet victoria: victor
Tantus erit/ victi gloria quanta fuit.
Mus abit et grates reddit/ si reddere posset
Spondet opem: solus fit mora parua dies.
Nam leo rethe subit/ nec prodest viribus vti:
Sed prodest querulo murmure damna loqui.
Mus redit/ hunc reperit/ cernit loca: vincula rodit:
Hac ope pensat opem: sic leo tutus abit.
Rem potuit tantam minimi prudentia dentis:
Cui leo dans veniam: se dedit ipse sibi.
Tu qui summa potes/ non despice parua potentem:
Nam prodesse potest/ si quis obesse nequit.

MInor si peccauerit et roget: oportet vt veniam accipiat: vt forte sit vbi seruiat. De hoc audiamus fabulam nobis ad hoc ordinatā. Dormiēte leone in silua: mures agrarij luxuriantes: alter casu super leonē transilijt. Expergefactus leo: celeri manu miserum murem apprehendit. Ille captus/ veniam sibi dari rogabat: cum nō volūtate sed casualiter fecerit: reddens causam peccati sui: ꝙ plures cum luxuriarent/ et solus ipse inter ceteros peccasse fateret. leo vero de mure cogitat: nō aliquid esse vindicte si miserum murem occideret. Crimen autē illi foret/ nō aliqua gloria laudis/ vnde ignouit et vindictā dimisit. Post paucos autē dies: leo in rete cadit et capitur: dum vero captum se cognouit/ maxima voce rugire cepit: et maximo dolore dat sonum. Mus autē vt hec agnouit: ad eum cucurrit/ ac quid talis sibi pretendat sonus quesiuit: et quid acciderit aut mali euenerit scire voluit. At vbi leonem captum cognouit: non est o leo quod timeas inquit/ parem tibi

gratiam reddam/nam beneficij sum memor dixit. Et simul omes illius artis ligaturas lustrare cepit:cognouit loca rodēda:sumpsit laborem oris sui/ꝛ dētibus neruos cepit rodere/ꝛ laxare artis illius ingenia:ꝛ sic mus leonem captum/siluis restituit liberatū. ¶ Monet hec fabula ne quis minimos ledat/nam hora datur obsequij minorum erga potentes.



¶ De duobus miluis.

Morbe mole iacet miluus/matremq precatur:
Ut superis pro se/det sacra/detq preces.
Mater ait/mi nate deos et sacra deorum
Turbasti.recolunt impia facta dei.
Criminis vltores pensant pro crimine penam.
Dum sacra turbares/pena timenda fuit.
Te timor esse pium cogit te pena fidelem:
Hic timor/hec pietas cum nece/sera venit.
Qui maculat vitam/sacras cur incolit aras?
Quem sua facta premunt/cur aliena leuat?

Qui semper blasphemat/in angustia quid rogat? videamus qualem autor noster subiecit fabulā. ¶ Miluus cū egrotaret ꝛ multis mensibus infirmus iaceret:nec amplius spem vite iam esse videret:matrem lachrymādo rogabat:vt sancta loca circuiret:ꝛ ꝓ salute illius vota magna ꝓmitteret. Faciā inquit quod vis fili.verum ne nō impetrē illud/vereor nate/

et vehemēter timeo: Nam omnia delubra vastasti τ cuncta polluisti altaria: nec sacrificijs pepercisti: quid vis ergo quod orem: ¶ Audiat hec qui commisso malo: audet in malis suis loca sancta circuire maculatus: sed faciem eius τ manus lauare debet: vt facta eius mala prius deleantur. Audiat τ ille qui omnibus semper contrarius/ multos lesit: τ malis sibi instātib⁹ querit auxiliū. Nam in ꝓsperitate/ quēuis qui offenderit/ in aduersis sibi amicū reperit neminē.



¶ De hyrundine et ceteris auibus.

Ut linum pariat lini de semine: linum
  Nutrit humus. sed aues tangit hyrundo metu.
Hec ait. hoc semen nobis mala damna minatur:
  Uellite pro nostris semina sparsa malis.
Turba fugit sanos monitus/ vanosqꝫ timores
  Arguit. exit humum semen/ et herba viret:
Rursus hyrundo monet instare pericula. rident
  Rursus aues. hominem placat hyrundo sibi.
Cuncqꝫ viris habitans/ cantu blanditur amico.
  Nam prouisa minus ledere tela solent.
Jam metitur linum/ iam fiunt retia. iam vir
  Fallit aues. iam se conscia culpat auis.
Utile consilium qui spernit/ inutile sumit.
  Qui minus est tutus/ retia iure subit.

Qui non audit bonum cōsilium: in se inueniet malum. Ut hec approbat fabula. ¶ Spargi et arari lini semen Aues omnes cum viderent: pro nihilo hoc habuerūt. Hyrundo autem hoc intellexit: Et conuocatis omnibus: retulit hoc esse malum. Deinde vt adoleuit semen ac bene excreuit: iterū hyrundo ait illis. Hoc in nostrū crescit interitū: venite eruamus illud. Nam cum creuerit: retia facient ex illo: et humanis quidem artibus capi possumus. Eius autem consilium omnes contempserūt. Ut autem contēni consiliū illud hyrundo videret: ad homines se trāstulit: vt sub eorum tectis tutius degeret: et que respuerūt: cōsiliū audire nolentes: semper anxie in retia caderent. Audiant hec: proprijs semper innitētes opinionibus: neque aliorum cōsilijs assentientes.

¶ Prohemium libri secundi fabularum esopi.

Quomodo athenieñ. deliberarūt sibi habere regem.



Fabula nata sequi mores et pingere vitam:
Tangit quod fugias/ quodque sequaris iter.
Rege carens/ nec regis inops, sine lege, nec exlex
Absque iugo gessit athica terra iugum.
Libertas errore carens/ se sponte coegit:
Et pudor ob legem fortior ense fuit.
Ne libitum faceret/ regem plebs libera fecit.
Et que non potuit pellere iussa/ tulit.

Rex cepit linire bonos/punire nocentes:
Queq3 leuanda leuans/queq3 premenda premens.
Hos onerat nouitas ciues in lege nouella
Que leuiter poterant/vix potuere pati.
Urbem triste iugum querula ceruice gerentem:
Esopus tetigit/consona verba mouens.

OMne genus fabularū probat cōtra homies. Quis em̄ malus nisi homo: etiā bonus nisi homo. vitam hominuz ⁊ mores satis est cōprehēdere. At tamē ausus sum breuiter similes scribere fabulas. Dicam enim bonoꝝ siue nocentum gesta: q̄ ille securus viuat qui nō habet quem timeat. Athenienses viri boni. cum optimi fuissent ⁊ liberi ⁊ neminē timerent ⁊ sibiinuicē seruirent/cum optima volūtate: cōsilio vano inducti. superiorem sibi petierūt qui improboꝝ mores cōpesceret ⁊ puniret. Ex hoc multi terrebant. Alij autē qui puniebant quasi sub correptiōe: dolebant/alios hec sibi fecisse/ qui satis miseri ledebant. Sed quia grauati hac lege metuebant graue periculum: nō quia ille crudelis erat. sed quia insueti/ vt sub lege aut sub aliena libertate seruirent. graue illis pōdus erat. cōuersi in impatientiā flebāt. Tunc esopus illis talem retulit fabulam.



¶ De ranis et ioue.

Cum nihil auderet petulantes ledere ranas
Supplicuere ioui ne sine rege forent.

Jupiter huic voto risum dedit/ausa secundas
Rana preces:subito sensit in amne sonum.
Nam ioue dante trabem/trabis ictu flumine moto/
Dimersit subito guttura rauca timor.
Placato reddere metu:videre tygillum
Stando procul/regem pertimuere suum.
Et nouere trabem per se non posse moueri:
Pro duce fecerunt tertia vota Joui.
Ira Jouem mouit/regem dedit/intulit ibim:
Ibis hiante gula cepit inire lacum.
Clamitat ecce lacus/morimur pie Jupiter audi.
Jupiter exaudi/iupiter affer opem.
Nos sepelit venter/nostri sumus esca tyrãni.
Aufer cedis onus/redde quietis opem.
Ille refert/emptum longa prece ferte magistrum.
Vindicet eternus ocia spreta metus.
Omne boni precium nimio vilescit in vsu
Fitqꝫ mali gustu dulcius omne bonum.
Si quis habet quod habere decet/sit letus habendo/
Alterius non sit:qui suus esse potest.

Rane inquit vagantes in liberis paludibus ⁊ stagnis:clamore magno ad Jouem facto.petierũt sibi rectorem:qui errantes corrigeret. Cum hec vellent:risit Jupiter:Deinde iterum clamores fecerunt. Cum nulla signa viderent. potius rogare ceperunt. Jupiter pius inuocantibus : misit in stagnum lignum magnum tygilli:quo sono pauentes fugierunt. Postea vero vna protulit caput super stagnum: volens cũctari regem: vt vidit lignum:cunctas aduocauit: Alieqꝫ plene timore adnatant: ac salutare maximum rectorem accedunt pauide simul. ergo vt nullus in ligno erat spiritus sentientes:ascendunt super illud : ⁊ intelligunt esse nihil:pedibus cõculcauerũt. Iterũ rogare ceperũt. Tunc iupiter misit illis hydrum. hoc est magnum colubrum: qui singulas necare cepit. Tunc voces cum lachrymis omnes ad sydera tollunt. Succurre Jupiter / omnes morimur. Econtra illis altitonans ait: Cum vos peteretis:nolui.cum nollem:inuidiose petistis. dedi tygillum quem spreuistis. Deinde dedi quem habebitis. Et quia noluistis bonum ferre.sustinete igitur malum.



De columbis miluo et accipitre.

Accipitrem/milui pulsurum bella/columbe
Accipiunt regem. rex magis hoste nocet.
Incipiunt de rege queri/ꝙ sanius esset
Milui bella pati/ꝙ sine marte mori.
Si quid agas/prudenter agas/modo respice finem
Ferre minora volo/ne grauiora feram.

Qui se tutandū dederit homini improbo: perdit male auxilium dum querit: Sicut hec fabula narrat. Cum sepe columbe fugerent miluum asperum atq; seuum: accipitrē sibi fecerunt defensorem et patronum: putantes se sub eo esse tutas. Has ille: fingens correptionem: singulas deuorare cepit Tunc vna ex illis ait: Leuior fuit molestia nobis / importunū miluum pati. Modo enim hac potestate necamur: qua defendi putauimus. Sed digne hec patimur quia in nos cōmisimus.



¶ De fure et cane.

Fure vocante canem. pretenso munere panis:
Spreto pane canis talia verba mouet.
Ut sileam tua dona volunt/furtisqȝ laborant
Esse locum. panem si fero cuncta feres.
Fert munus mea damna tuum: latet hamus in esca.
Me priuare cibo cogitat iste cibus.
Non amo nocturnum panem plus pane diurno.
Aduena plus noto non placet hostis hero
Non rapiat nox vna mihi bona mille dierum.
Nolo semper egens esse/semelqȝ satur.
Latratu tua furta loquar/nisi sponte recedas.
Hic silet: iste manet: hic tonat: iste fugit.
Si tibi quid detur/cur detur respice/si des
Cui des ipse nota/teqȝ gulose doma.

De seductoribus/auctoris audiamus fabulã. ¶ Nocturnus quidã fur/cum panem mitteret cani: canis dixisse fertur. Panis ne ꝑ gratia datur: an ideo das vt me ledas: aut vnde victurus sum/ vna cum dño domus ⁊ tota familia nostra tu auferas. Si modo panẽ porrigis mihi nunqd ⁊ postea daturus es aut misericors eris mihi/cum fame victus fuero: Nolo fauces meas panis claudat/⁊ lingua sileat ⁊ mihi gratiã tollat: sed

ipse cõtra latrabo ac dñm ꝛ familiã suscitabo fureq̃ illis adesse nunciabo. Non presentẽ vitã volo sed futurã cõtemplor/ aut ambula/ aut nuncio. O bonũ canem qui nec panem voluit edere: nec gratiã perdere. Hec illi intelligãt qui ad vnũ prandiũ res suas multas nõ curant perdere ꝛ postea longo tempore egere.



De scropha et lupo.

Vult lupus vt pariat maturum succula fetum:
Seq̃ noui curam spondet habere gregis.
Sus ait, hac cura careas/ mihi nolo ministres:
Horrent obsequium viscera nostra tuum.
I procul/ et tutos liceat mihi fundere fetus.
I procul/ hec pietas non erit apta mihi.
Pro natis natura iubet timuisse parentem.
Fine dato verbis/ hic abit/ illa parit.
Tempore non omni/ non omnibus omnia crede.
Qui misero credit, creditur esse miser.

Mentem ad locũ habere ne quis malo credat: Huic rei similis fabula subiecta est. Premẽte partu cum iaceret scropha dolore gemẽs/ venit ad eã lupꝰ ꝛ ait. Expone soror hac hora secure fetũ/ fungar obstetricis officio / stãs pro salario tibi. Porcula improbum vt vidit/ repudiauit eius officium/ Ex quo inquit secura fetum si tu recesseris pepero? obsecro igit͛ da mihi honorẽ: fuit etiã ꝛ tibi mater? Ille aũt vt recessit statim ꝓfudit sarcinã, que si malo crederet: infelicissima periret.



De monte parturiente.

Terra tumet/tumor ille gemit: gemitusq; fatetur
Partum. pene perit sexus vterq; metu.
Dum tumeat tellus/monstrat se monstra daturam.
Hinc homines trepidant/et prope stare timent.
In risum timor ille redit/nam turbida murem
Terra parit. iocus est quod fuit ante timor.
Sepe minus faciunt homines qui multa minantur.
Sepe gerit nimios causa pusilla metus.

Sepe timor magnus ⁊ grauis terror nihil est/vt hec fabula testat̃. Quidam mons dabat gemitus magnos ⁊ sonos perturientis. Omnis natio vt audiuit statim perturbata est. pauent omnia simul: vt nullus esset memor sui: tanto ⁊ tam valido sono. mons ille timorem incussit: obliti om̄es sensuum. Gemitibus vero maximis a monte factis tandem peperit murem. huius rei fama volat/ ⁊ quos timor inuaserat resumpserũt spiritum: ⁊ quod malum putabant/in nihilum omnibus aduenit: et timor in iocum est mutatus.

De agno et lupo.

Cum grege barbato iunior dum luderet agnus:
Tendit in hunc/menti dissona verba/lupus.
Cur olidam munda sequeris plus matre capellam:
Lac tibi prebebit dulcius ipsa parens.
Est prope festina matrem/pete munera matris:
Lac bibe/nam seruat vbera plena tibi.
Agnus ait/pia capra mihi lac dulce ministrat.
Me vice matris amat/me vice matris alit.
Non mihi/sed domino prodest me viuere. viuo
Ut metat a tergo vellera multa meo.
Ergo mihi prestat/nutriri lacte caprino/
Quam lac matris amans mergar in ore tuo.
Omnes vincit opes securam ducere vitam:
Pauperius nihil est/q̄ miser vsus opum.
Nil melius sano monitu/nil peius iniquo:
Consilium sequitur/certa ruina malum.

Bonitas facit parētes nō natiuitas/ vt hoc agnoscamus subsequēs ꝓbat fabula. Inter capellas agno vagāti lupus dixisse fertur: Non est hic mater tua. et oues segregatas longius ostendit agno. Non illā quero ait agnus

que me cōcepit/ aut nouē mensibus portauit in vtero ⁊ parturiens in lucem effudit: sed capram hanc dico meam matrem que me nutrit et sua vbera mihi porrigit. proprios autem natos fraudat vt mihi lac nō desit. Ecōtra lupus ait agno: tamen est tibi fortior mater tua que te peperit. At agnus ita est vt dicis: sed illa (vt licitum est ⁊ natura concedit) me securiorē alijs voluit cōmittere. Nam pecoribus filius nō prodest/ sed tantum lanio: et qui lac omne quotidie emulget: et vellera tergo eripit: huic cedit in lucrum. Hec vero inter capras vita tutior videtur: quare abi: melius hic morabor.



De cane antiquo et eius domino.

Armauit natura canem: pede/ dente/ iuuenta:
Hinc leuis/ hic mordax/ fortis et inde fuit.
Tot bona furatur senium/ nam robore priuat
Corpus/ dente genas/ et leuitate pedes.
Hic leporem prendit/ fauces lepus exit inermes:
Elumbem/ domini verberat ira/ canem.
Reddit verba canis/ dum me pia protulit etas.
Nulla meos potuit fallere preda pedes.
Defendit senij culpam laus ampla iuuente.
Pro sene qui cecidit: facta priora vigent.
Nullus amor durat nisi fructus seruet amorem:
Quilibet est tantus: munera quanta facit.

Magnus eram cum magna dedi/nunc muscidus annis
Vileo, fit veteris mentio nulla boni.
Si laudas quod eram/quod sum dannare proteruum est.
Si iuuenem recipis/pellere turpe senem est.
Se misere seruire sciat qui seruit iniquo
Parcere subiectis nescit iniquus homo.

Senex horreri nõ debet nec pelli: nam quondã fuit iuuenis: quare si tibi hos velis annos: senes dilige. Si nõ velis senem/dilige tñ eius facta priora. De hoc audi fabulam. Canis cum dño suo semp satis fecisset venãdo dum esset iuuenis/annis iam grauatus: & sua etate tardus: dẽtesq; ferẽs infirmos/cum cõprehenderet auritũ leporem/sua virtute exiuit de ore canis: suũ corpus nõ lesit/ fatigatq; per campũ canem. Irascit dñs cani & obiurgat ineptũ rei. Cui canis sic dixisse fertur. Sunt anni sine viribus/sunt mihi scabrosi dentes/ fuimus aliquãdo fortes. laudasti quod fuimus: iam dãnas quod sumus. Memorare quod fuimus & fecimus. & quod hodie possumus & facimus/ apud te bonum & gratius erit. ¶ Hec fabula nobis probat. Si quis bene egit iuuenis/senex non contẽnatur.



¶ De leporibus et ranis.

Silua sonat/fugiunt lepores/palus obuiat/herent:
Fit mora: respiciunt ante: retroq; timent.
Dum librant in mente: metu se mergere pacti:
Turgentes ranas stagna subire vident.

Unus ait. sperare licet/non sola timoris
Turba sumus. vano rana timore latet.
Spem decet amplecti: spes est prima via salutis:
Sepe facit metui non metuenda metus.
Corporis est leuitas: sed mentis inertia nobis:
Ista fuge causam suggerit/illa necem.
Sic metuat quicunque timet/ne mole timoris
Spe careat: grauis est spe fugiente timor
Speret qui metuit/morituros viuere vidi
Spe duce/victuros spe moriente mori.

Tempora tolerari debent. Et homines tēpori cedere: qui vt malū tolerare possint/aliorum mala respiciant. ¶ Nam cum strepitus vanus ad lepores subito veniret/consiliū simul fecerūt: vt se precipitarēt propter assiduos metus. Et euntes/ad oram fluminis venerūt/vbi multe erant rane. at ille vbi agmen leporum viderunt veniens/expauerunt valde/et in fluuium se iactauerunt. Hoc vbi lepores viderunt: vnus ex illis ait. Sunt inquit et alij timētes/sequamur vitā vt ceteri/quā natura dedit: et si quid aduersi euenerit: feramus patienter. neque enim erit toto tempore malum.



¶ De lupo et hedo.

Capra cibum querens. hedum cōmittit ouili.
Hunc illi solida seruat ouile sera.

Natum cauta parens monitu premunit amico/
Ut lateat. ne sit in sua damna vagus.
Hic latet. ecce lupus mouet hostia: voce caprina
Exprimit vt pateant hostia clausa sibi.
Sta procul hedus ait/ caprizas gutture falso:
Cum male caprizes/ te procul esse volo.
Quod mea sis mater mentitur imago loquendi/
Rimula qua video te docet esse lupum.
Insita natorum cordi doctrina parentum
Sepe parit fructum/ spreta nocere solet.

PRecepta parentū audire/ natoꝝ semꝑ laus est. Illud docet subiecta fabula. Capella cū esset feta ꝛ ad pastū ire vellet: ignaꝝ hedū monuit ne aperiret alicui: sciēs quia multe fere stabula pecoꝝ circūirēt: monuit ꝛ exinde abijt Venit lupus: vocē assimulās matris: ac aperire iussit. At hedꝰ ꝑ rimas aspiciēs sic ait: Vocē matris audio: sed tu fallax inimicus es meus et sub matris ficta voce meū queris sanguinē. Abi ergo in malā crucem: nō te intromittā. Sic q̄ monita parētū sequit: cautior sp viuit.



De homine paupere et serpente.

Rustica mensa diu nutritum fouerat anguem.
Humanam potuit anguis amare manum.
Gratia longa viri: subitam mutatur in iram:
Ira per anguineum dirigit arma caput.

Vulneris actor egens/se vulnere credit egenum/
Angui pro venia supplicat. anguis ait:
Non ero securus dum sit tibi tanta securis:
Dum cutis hec memorat vulnera facta sibi.
Qui me lesit/item ledet si ledere possit:
Expedit infido non iterare fidem.
Sed si te pigeat sceleris/scelus omne remitto:
Nam gemitus veniam vulnere cordis emit/
Qui primo nocuit vult posse nocere secundo
Que dedit infidus/mella venena puto.

Suspectus debet esse semp / q̄ aliquē lesit aliqñ. sicut hec probat fabula. ¶ In domo cuiusdā pauperis serpēs cō sueuerat ad mēsam venire. τ eius inde fouebat micis. omniaqꝫ sibi ꝓspere euenerūt. nō longo post tempore cepit pauper irasci serpēti: τ ipm securi vulnerauit. Interposito tēpore/ille in pristinā egestatem rediit. Intellexit homo fortuna serpentis se prius diuitem effectū: priusqꝫ ab ipso vulneratus fuisset. Penituit autem/ τ venit precans vt ignosceret peccāti. Serpēs autem cōtra eum sic ait: quia penites ignoscā sceleri tuo: sed dum etiā vulnꝰ clausum fuerit/cicatrix tibi credere integra fide non permittit: τ tecū redeam in gratiā. si securis obliuiscar perfidiā. Ita suspectus esse debet qui aliquem aliquando lesit.

¶ De ceruo. oue. et lupo.

Cervus oui presente lupo sic intonat: amplum:
Vas tritici debes reddere/redde mihi.

Sic iubet esse lupus/paret ista timore iubenti:
Nancꝫ die fixo debita spondet ouis.
Fit mora. ceruus ouem vexat de federe facto.
Inuit ouis/non stant federa facta metu.
Me decuit presente lupo quecunqꝫ fateri:
Me decuit fraudem/pellere fraude pari.
Cum timor in portu sedet promissa timoris.
Arent. nil fidei verba timoris habent.

Fraudatores cũ mutuant/fidedictores dant improbos. vt hec fabula narrat. Petebat ceruus ouem modium tritici restituere: die posito in quo sibi restituere deberet: presente ⁊ fide dicẽte lupo. Ouis ad presens ꝑmisit (presentia inimici territa) certa die se soluturã. Cum autẽ dies statuta venisset: petiuit ceruus solutionẽ. Ait ouis: Tu quatis vngula campũ lupus vbi vult peragrat. Coacta timore inimici me debitã dixi. magna est vestra fallacia. Ite nil dabo. Docet hec fabula/cautius quibusdam credere: nec metu ꝑmissa/obligationem habere.



De musca et caluo.

Musca premit caluum: caluus vult ledere muscam
Ut muscam feriat se ferit: illa ridet.
Caluus ait/te parua iubet fortuna iocari
Si ferior rides/si feriare cades.

Sospes ero decies ictus: semel icta peribis.
Est mea prompta mihi gratia. tarda tibi.
Iure potest ledi lesor/ ledat in illum:
Unde breuis cepit lesio/ magna redit.

Qui sibi facit iniuriam/ alio pulsante/ ridendus nõ est: vt caluo fuit iniuriosa musca: ꝛ nudũ caput capillis assidue morsum dabat. Ille sibi alapis nõ parcebat: volens iniquam capere: illa ridens plus faciebat. Et caluus ad eã sic ait: Mortẽ queris iproba: nã si mihi iniuriã fecero/ facile mecũ redeo in gratiã: At si ego decies ictus semel te tetigero pibis absq; gratia. ¶ Hec fabula monet iniuriosos/ qui sibi inimicos creant.



¶ De vulpe et ciconia.

Uulpe vocante venit/ speratq; ciconia cenam:
Fallit auem liquidus vulpe iocante cibus.
Dum bibit illa cibos: solum bibit illa dolorem.
Hic dolor in vulpem fabricat arma doli.
Sunt pauci/ mora parua/ dies/ auis inquit: habemus
Fercula que sapiunt/ dulcis amica veni.
Hec venit. hec vitreo bona fercula vase recondit:
At solam recipit formula vasis auem.
Laudat opes oculo vasis nitor/ has negat ori
Formula sed geminat visus odorq; famem

Sic vulpes ieiuna redit/sic fallitur audens
Fallere/sic telo fallitur ipse suo.
Quod tibi non faceres alijs fecisse caueto:
Vulnera ne facias: que nequis ipse pati.

Quod tibi fieri nõ vis/alteri ne feceris. De hac ratiõe auctor istã nobis posuit fabulã. Vulpes ciconiã ad cenã prior iuitauerat: et posuit illi sorbitionẽ in cathino liqdã: de qua saturari nõ potuit: Esuriens ciconia domũ redijt Post paucos vero dies/et illa rogabat vulpem vt veniret ad cenã Et sic ciconia fecisse dicitur: In lagena vitria simul lautiores posuit escas. prior cepit sumere ciconia: deinde hortat vulpem: accipe inqt statim vulpes iniuriã sensit. At ciconia vulpi dixit: Si bona dedisti accipe bona: si dedignaris/ignoscere debes: nam par merces labori est. Et ita infatigat iniuria. Cunctos monet hec fabula qui verbis se deludunt/vt nullus in posterũ faciat. Necq si quis patitur quod alteri fecerit irasci debet.



De lupo et capite hominis.

Cum legit arua lupus reperit caput arte superbum.
Hoc beat humanis ars preciosa genis.
Hoc lupus alterno pede volens/verba resoluit:
O sine voce genas/o sine mente caput.
Fuscat et extinguit cordis caligo nitorem
Corporis est animi solus in ore nitor

De parum sapiẽtibus sic auctor dixit fabulam. ¶ Personam tragedi lupus in agro inuenit / quã semel et iterum vertit. O quanta species ait: et cerebrum non habet neq̃ sensum. ¶ Hec fabula de illis dicitur qui gloriam et honorem habent / prudentiam vero nullam.



¶ De graculo et pauone.

Graculus inuento picti pauonis amictu.
Se polit: et socias ferre superbit aues.
Quem fore pauonem / pauonis penna fatetur:
Pauonum generi non timet esse comes.
Pauo dolum sentit / falsi pauonis honorem
Increpat: et domitam verbere nudat auem.
Nuda latet / sociosq̃ fugit / nimiumq̃ pudorem
Sustulit / hunc diro corrigit ore comes.
Ascensor nimius nimium ruit aptus in imis.
Est locus hic leuis. est illa ruina grauis.
Qui plus posse putat / sua quam natura ministrat
Posse suum superans / se minus esse putat.
Si tibi nota satis nature meta fuisset
Nec vilis nec inops / nec sine veste fores.
Cui sua non sapiunt / alieni sedulus auceps
Quod non est rapiens / desinit esse quod est.

NE quis de alienis bonis magnum se ꝑferat. sed suo modico potius oportet vt ornet. ne turpis sit cum exspoliat alieno. de hoc auctoris fabulã attende. Graculus tumens superbia. & vanam audaciã sumens: pẽnas pauonis que ceciderãt sustulit: seq̃ illis ornauit: Et cõtẽnens suos in gregem pauonum se miscuit. Illi vero ignoto ac impudenti/ pẽnas vi eripiũt: calcibus & morsibus fatigãt: semiuiuus ab eis relictus grauiterq̃ sauciatus redire timuit miser ad ꝓpriũ suũ genus: vbi tempore sui ornatus multos amicoꝝ terruit iniuriose. Unus autem sui generis illi ait: dic nobis si nõ erubescis? Si has vestes quas natura dedit amasses: tibi suffecissent: nec ab alijs passus fuisses iniuriã: nec a nobis pulsus fuisses. Hocq̃ tibi bonum foret: si ad id vixisses cõtentus quod habebas.

De musca et mula.

MUla rapit cursum/ nam mulam mulio cogit:
Mule musca nocet/ vulnere/ voce/ minis.
Cur pede sopito currium/ tempusq̃ moraris?
Te premo/ te pungo. pessima curre leuis.
Mula refert. quia magna tonas/ vis magna videri:
Non tua facta nocent/ nec tua verba mihi.
Nec te sustineo/ sed eum quem sustinet axis.
Qui mea frena tenet/ qui mea terga ferit.
Audet in audacem timidus. fortiq̃ minatur
Debilis. audendi dum videt esse locum.

Aliquanti cum nihil sint: irascunt melioribus: et grauiter minant que facere nequaquam possunt. Sicut musca que sedit in temone. et mule iuncte: quam tarde ambulas ait. ambula. nam pungo tibi ceruicem. sic mula dixisse fertur: verba tua nō pauesco: sed huius qui prima sella sedet: qui frenis ora regit: et loris iter flectit flagello excusso: nobis potius hic timendus est. Tu autē insolēs et vana: que nihil alioquin vales fortioribus facere.



De musca et formica.

Musca mouens lites/formicam voc[illegible]
Se titulis ornat turpiter ipsa suis.
Torpes mersa cauis/leuitas mihi querit alis:
Dat tibi fossa domum/nobilis aula mihi.
Delicie sunt grana tue/me regia nutrit
Mensa. bibis fecem. sed bibo dulce merum.
Quod bibis a luto suggis/mihi suggerit aurum
Quod bibo. saxa premis/regia strata premo.
Sede/cibis/potu/thalamis/cum regibus vtor.
Regine teneris oscula figo genis.
Non minus vrentes mittit formica sagittas
Et sua non modicum spicula vellis habent.
Ludo mersa cauis/nescit tua penna quietem.
Sunt mihi pauca satis/sunt tibi multa parum.

Me letam iubet esse cauus/te regia tristem:
Plus mihi grana placent/q̄ tibi regis opes:
Venatur mihi farra labor/tibi fercula furtum:
Hec mihi pax mellit/toxicat illa timor.
Mundo farre fruor/tu fedas omnia tactu.
Cum nulli noceam/omnibus ipsa noces.
Est mihi parcendi speculum/tua vita nocendi:
Sunt mea que carpo/non nisi rapta voras.
Ut comedas viuis/comedo ne viuere cessem.
Me nihil infestat/te fugat omnis homo.
Unde petis vitam/rapitur tibi vitam palato:
Dulcia vina bibens/fel necis acre bibis.
Se negat aula tibi ventoso tacta flabello:
Aut nece vinciris aut semiuiua iaces.
Si potes estum dono durare fauoris/
Cetera si parcunt/non tibi parcit hyems.
Dulcia pro dulci/pro turpi turpia reddi
Verba solent.odium lingua fidemq̄ parit.

Quisquis se laudauerit/ad nihilū sepe venit. ¶ Nam musca ꝛ formica cōtendebant acriter que melior illarū esset. musca sic cepit prior. Nunq̄ te nostris poteris cōparare laudibus: nam vbi imolat̄ extra ego primo gusto. In capite regis sedeo: ꝛ omnibus matronis oscula dulcia figo: de quibus rebus tibi nihil est. Formica vero contra hec ait: Tu diceris iproba pestis: que tuam laudas importunitatem. Nunq̄ optata venis/reges autem quos memoras et matronas castas tu importuna adis. et dicis omnia tua esse/cum vbicūq̄ accedis/tu fugaris: vndiq̄ importuna pelleris: quasi iniuriosa abigeris: estate vales. pruina veniente peris. Ego vero estate sum deliciosa: hyeme mihi secura sum. me incolumen habet tempus: me gaudia sequuntur. Tu cum ventoso flabello pelleris sordida. ¶ Hec fabula litigiosorum est/ et iniuriosorum.



¶ De lupo et vulpe.

Respondere lupo de furti labe tenetur
Vulpes. eam vocat hic/hic petit/illa negat.
Simius est iudex/docti non errat acumen
Judicis: archanum mentis in ore legit.
Judicium fingit/poscis quod poscere fraus est:
Uis[que] fidem de re quam negat ipsa fides.
Tu bene furta negas: te vite purior vsus
Liberat. hanc litem pax domet/ira cadat.
Simplicitas veri: fraus est[que] puerpera falsi.
Esse solent verba consona vite sue.
Sordibus imbuti nequeunt dimittere sordes.
Fallere qui didicit/fallere semper amat.

Qui semel fraude inclaruit semp[er] suspectus turpiter viuit. Et si bene postea verum dixerit/nō illi iam credit. vt hec breuis testatur auctoris fabula. ¶ Lupus accusauit iratus: vulpem furti crimine. Illa negabat cōstanter/dicēs se non esse ream. Judex sedebat simius iustus / vt inter partes que vera essent cognosceret. Illi causas cōtra se dicunt/nudant vtrim[que] fraudes suas: ⁊ mutuo ambo[rum] dicunt crimina. Tunc iudex iustus ⁊ verax iudicauit inter partes: ⁊ sententiā legit de libello talem: Inq̄t lupe quod queris nō perdidisti. attamen te credo vulpes aliq̄d surripuisse/qđ tamen bene negas in iudicio. Sit ergo talis vestra abo-

litio discordie: vt pares ꝯcordes viuatis: et tñ ĩfideles habemini/ am
bo. Nam q̄ fraudē cõsueuerũt sequi/ semꝑ pessime viuũt suspecti.

De mustela et homine.

Preda viri/ predo murum mustela/ precatur
Da veniam debes parcere/ parce mihi.
Quod caret hoste domus/ quod abest a sorde fatetur
Esse meum: pro me te rogat/ ergo faue.
Seruitio me redde tuo/ mihi redde laboris
Premia. pro dono sit mea vita mihi.
Ille refert. operum debetur gratia menti/
Non operi. gratum mens bona reddit opus:
Nemo licet prosit/ nisi vult prodesse: meretur.
Nam prodesse potest hostis obesse valens.
Cum mihi prodesses: mihi non prodesse volebas/
Hostibus ipsa meis et meus hostis eras.
Nec mihi monstra necans/ sed eras tibi prouida soli/
Sic panem poteras rodere sola meum.
Pane meo pinguis/ mihi da pinguedinis vsum:
Damno penso necem/ digna perire peri.
Nil decorat factum nisi facti sola voluntas:
Non operis factum sed noto mentis opus.

Qui bene seruiūt/sepe ledunt dum ex animo nō seruiant: vt hec narrat fabula. Mustela cum mures cōprehēderet/homo ꝛ ipsam cepit. Illa cū aufugere nō posset/ dixit illi. Rogo inqt mihi parcas/ que a molestis muribus semꝑ domū tuā purgaui. At ille dixit:nō causa mei hoc fecisti. Naz gratā te haberē si ꝑ me fecisses/ veniā nāqꝫ tibi dedissem. Nam mures necasti vt tibi cibus essent/ ꝛ quas ipsi rosuri erāt/ nr̄as reliqas tu deuorares/imo ꝛ omnia tecū deportares: Nam nō erat tibi animus vt mihi sed tibi posses ꝓdesse/quare veniā nō meruisti.



De rana et boue.

Quari vult rana boui/tumet:ergo tumenti
 Natus ait/cessa:nil bouis instar habes.
Rana dolet:meliusqꝫ tumet/premit iste tumentem:
 Vincere non poteris:victa crepare potes.
Tertius iratam vexat tumor/illa tumoris
 Copia/findit eam/viscera rupta patent.
Cum maiore minor contendere delinat/et se.
 Consulat vt vires temperet ipse suas.

Potentem siqs pauper vult imitari crepat. De hac re āuctor talē posuit fabulā. In prato quedā rana vidit pascentē bouē:putabat se posse fieri talē/si rudosam pellem inflaret. At natos suos interrogauit.sum ne ipsa quātus est bos:dixerūt nō. Iterū inflauit se potius.ꝛdixit suis/q̄d modo: Responderūt nihil simile. Tertio cum se inflaret/ rupto pelle mortua est. Ideo vulgo dicit: Noli te inflare ne crepes.



¶ Fabule tertij libri Esopi. De leone et pastore.

Sollicitus prede currit leo: spina leonem
Vulnerat. offendit in pede mersa pedem.
Fit mora de cursu: leuitas improuida lapsum
Sepe facit. leso stat pede/ turba pedum.
Vix egrum sinit ire dolor/ saniemqꝫ fatetur.
Pallor/ idem loquitur vulneris ipse dolor.
Cum ledit miseros fortuna medetur eosdem.
Hinc est cur medicum plaga leonis habet.
Nam leo pastorem reperit. pastorqꝫ leoni
Pro dape tendit ouem. respuit ipse dapes.
Supplicat/ et plagam tenso pede monstrat/ et eius
Orat opem. pastor vulnera sanat acu.
Exit cum sanie dolor/ et res causa doloris.
Hic blando medicam circuit ore manum.
Sospes abit/ meritiqꝫ notas in corde sigillat.
Tempore deleri gratia firma nequit.
Hinc leo vincla subit. romane gloria prede.
Et socius miseris additur ille feris.
Urbis enim circus magnus/ simul amphitheatrum
Hunc habet: et multas miscet arena feras.

Ecce necis penam pastori culpa propinat/
Clauditur in medijs et data esca feris.
Hunc leo prospexit: petit hunc: timet ille: timenti
Huic fera blanditur: sperat: abitqꝫ timor.
Nil feritatis habens ludit fera/cauda resultat.
Et iam mansuescens se negat esse feram.
Hunc tenet/hunc lingit/pensatqꝫ salute salutem.
Nulla sinit fieri vulnera nulla facit.
Roma stupet/parcitqꝫ viro/parcitqꝫ leoni.
Hic redit in siluas/et redit ille domum.
Non debet meritum turpis delere vetustas:
Accepti memores nos decet esse boni.

Debent gratiã potẽtes reddere miseris/ ⁊ si longũ transeat tempus: recipiẽtes tñ gratiã obliuisci nõ debent: quia sic factũ fuisse nobis ꝓbat hec fabula. In silua leo cum erraret festinãs in stirpem calcauit: collecta intus sanie/ claudicare cepit. Ferus autẽ leo pastori cum occurreret / sibi cauda sua blandiri cepit pede suspẽso. Perturbatus vero pastor vt leonẽ ad se venire vidit/ pecudes ei obiecit. Leo nõ escã querens/sed potius ab illo medicinas petens/pastoris in sinum posuit pedẽ. Pastor vt vidit vulnus ⁊ magnã cõtusionẽ: q̃d leo vellet animo deuoluit: ⁊ ingeniose cum acuta subula paulatim vulnus aperuit. ⁊ patefacta cõtusione effluxerũt simul stirps ⁊ sanies. Inde se leo curatum sensit. ⁊ ꝓ medicine precio/manũ pastoris/sua linxit lingua: ac lateri eius assedit. Paulisper assumpsit vires ⁊ abijt incolumis. Post aliquãtulũ tẽpus: leo ipse capit̃/vt sit in arena amphitheatri ⁊ curat ibi. Pastor crimine opp̃ssus/ datur ad bestias/ eo loco vbi leo missus est. Pastor in arena dimittit̃/at leo foras ad illum dimissus cum impetu/ quousqꝫ ad pastorẽ venit. quẽ cum vidisset: ⁊ paulatim ambulãs agnouit. oculos ⁊ vultũ cum ingenti rugitu ad populũ leuauit. Deinde circa populũ resiliens bestiario assedit. inuitans eum redire ad sua. nec hominẽ reliquit. Intelligens itaqꝫ pastor leonem sui causa diutius stare: suspicat̃ illum esse leonem cui olim in silua notus fuit. cui cõtusionem aperuerat. ambo autem ⁊ pastor ⁊ leo dimittunt̃ vt recedant. at leo nõ recessit sed pastorem defendit. Populus autem vt vidit mirat̃/ ⁊ causam de bestiario querunt. Tuncqꝫ redderet causam populo / omnes suffragio magno petunt illis indulgentiam. Et dimissi sunt simul/ Leo ad siluam/ ⁊ pastor ad sua propria. Hoc notum debet esse vt omnes homines benefactoribus reddant grates condignas.



De leone et equo.

Tondet equus pratum/videt hunc leo/cura leonem
Hec mouet/vt fiat esca leonis equus
Inquit equo/mi frater aue/fruor arte medendi:
Et comes et medicus sum:sibi paret equus
Sentit enim fraudem/et fraudi fraude resistit.
Mente prius texens retia fraudis:ait.
Quesitus placidusqꝫ venis/te temporis offert
Gratia.te rogitat pes mihi sente grauis.
Hic fauet/instat equo subiecto vertice/calcem
Imprimit.et sopit membra leonis equus.
Vix fugit hic sopor/vix audet vita reuerti:
Vix leo colla mouens respicit/equus abest.
Sic leo se damnat/patior pro crimine penam.
Nam gessi speciem pacis/et hostis eram.
Quod non es/non esse velis.quod es/esse fatere.
Est male quod non est/qui negat esse quod est.

Qvicunqꝫ artem ignorant illi se perdunt/sicut nobis hec fabula refert. Equum pascentem vidit leo fortissimus in prato. Hunc enim vt frgeret se subtiliter approximauit/ac veluti familiaris qui se diceret medicum. Equus

persensit dolum: sed nō repudiauit officiū. Et eo appropinquāte ad locum/ inuenit cito ingeniū. finxit se stirpem calcatā habere: leuato pede/ frater inquit succurre: gratulor quia venisti liberare me/ nam in stirpem calcaui. Leo patiēs accessit: fraudem dissimulās/ stirpem extractur⁹. Cui velociter equus calces turbulētos dedit. Cadit corpus hostile leonis ꝛ iacuit amens diutius in terra. At vbi vires resumpsit/ memor sui factus/ nusq̄ȝ vidit equum. Intellexit caput ꝛ faciem/ ꝛ totum se lesum fuisse. ꝛ ait: digne hec passus sum: qui semper lenius veniebā: huc etiā medicus fallax/ ꝛ familiaris accessi qui inimicus venire debui. Ideo quod es esto ꝛ noli mentiri.



¶ De equo et asino.

Gaudet equus faleris/ freno sellaq̄ȝ superbit:
 Ista quidem vestit/ aureus arma nitor.
Obstat asellus equo/ vicus premit artus asellum:
 Vexat onus/ tardat natus eundo labor.
Cur sibi claudat iter sonipes inclamat asellum:
 Occurris domino vilis aselle tuo:
Vix tibi do veniam de tanto crimine fastus:
 Cui via danda foret libera/ dignus eram.
Subticet ille minis/ mutusq̄ȝ timore/ silendo
 Tutior/ et surda preterit aure minas.
Summus equi declinat honor: dum vincere tentat
 Vincitur: et cursum viscera rupta negant.

Priuatur faleris/freno priuatur honesto:
Hunc premit assiduo reda cruenta iugo.
Huic tergum macies acuit/labor vlcerat armos:
Huic inferre iocos audet asellus iners.
Dic sodes vbi sella nitens/vbi nobile frenum:
Cur est hec macies: cur fugit iste nitor:
Cur manet hic gemitus: cur ista superbia fugit:
Vindicat elatos iusta ruina gradus.
Stare diu nec vis/nec honor/nec forma/nec etas
Sufficit in mundo/plus tamen ista placent.
Viue diu: sed viue miser: sociosq; minores
Disce pati. risum dat tua vita mihi.
Pennatis ne crede bonis/te nulla potestas
In miseros armet: nam miser esse potes.

De mutabilitate fortune: sequens subijcit fabula: vt qui se sciunt esse felices: nulli faciant iniuriã / dubiãq; meminerint esse fortune rotã: vt hec narrat fabula. ¶ Equus quidam ornatus freno / ⁊ sella ⁊ argẽto ⁊ auro ⁊ bacca preciosa/decorus mẽbris et iuuenta: Occurrit asino in loco angusto / longe venienti ⁊ onusto. Et quia illi asinus tardius dederat viam/ eo q̄ ꝓpter longũ iter lassus erat. dixisse equus asino fertur: Satis inquit me teneo/ne te calcibus rumpam: qui obuianti mihi nõ cessisti/⁊ stares dum transirẽ. Terrore illius ⁊ superbia tacuit miser asellus/⁊ cum gemitu testator deos. Deinde nõ longo peracto tempore. Equus ruptus currendo/ nullã iam habens diligẽtiã: macer effectus est: Jubet dñs vt ducat ad villam vt portet stercus in agros Accepit equus ornamẽta rustica/ ⁊ onustas ibat ꝑ semitas. asellus ille in prato pascens cognouit equũ iam infelicẽ. quẽ tali sono increpat. Quid tibi ꝓfuerũt illa ornamẽta preciosa/ vt ꝯtra me talem sumeres audaciã: Nunc ⁊ tu nostris fungere rusticanis officijs. Ubi nũc est tua audacia: vbi sella: vbi nitor ille aureus: vbi corporis decor in maciem cõuersus: omnia bona cõuersa sunt in infelicitatem.
¶ Monet hec fabula: potentem nõ despicere pauperẽ tempore felicitatis. ne incidat in morsus malorum.



De quadrupedibus et auibus.

Quadrupedes pugnant: auibus victoria mutat/
Spes onerata metu vexat vtrumqꝫ gregem.
Linquit aues: que sumit auis de vespere nomen:
Nec timet oppositi castra subire chori.
Arm at aues aquile virtus: et viribus implet
Et monitu. torpet altera turba metu.
Amplexatur aues pennis victoria letis
Pro titulo penam transfuga sumit auis
Vellere nuda suo: pro plumis vulnera sumit
Edictumqꝫ subit/ ne nisi nocte volet.
Non bonus est ciuis qui prefert ciuibus hostem.
Utiliter seruit nemo duobus heris.

De bilinguis hominibus auctor talem cõposuit fabulam. Qui se duabus partibus obnoxium cõmiserit/ hic et illic ingratus viuit: ⁊ reus erit potius sibi. Quadrupedes cum auibus bellum magnum gerebãt: et nulla pars alteri cedebat: ⁊ pugnabant fortiter / moras quidem facientes multas. At vespertilio multos ⁊ graues timens euentus: quia superior erat quadrupedũ acies ⁊ magna. contulit se ad eosdem quasi ad victores. Subito veniens aquila: in manu martis dexteram agens/ alas vibrauit et volucribus se miscuit. Cesserunt quadrupedes et

stetit victoria auium: Et concordati sunt quadrupedes cum auibus/in pristinā pacem redeūtes. Vespertilio vero sententia auium cōdēnatus est. eo q͂ suos reliquerat/vt semper lucē fugiat: expoliatusq͂ plumis noctibus volet nudus. Sic itaq͂ oportet vt puniātur qui alios colunt: et suos relinquunt.

De philomena et accipitre.

Cum philomena sedet: studiū in mouet oris amenum:
Sic sibi/sic nido visa placere suo.
Impetit accipiter nidum/pro pignore mater
Supplicat. alter ait/plus prece carmen amo.
Nec prece/nec precio. sed ameno flectere cantu
Me potes. ille silet dulciter illa canit.
Mente gemit/licet ore canat/mens eius arescit
Cuius mellifluum manat ab ore melos:
Impia fatur auis/sordet modus iste canendi.
Et laniat natum matre vidente suum.
Mater obit/nec obire potest/sed viuit vt ipsam
Vincat vita necem: plus nece cladis habens.
Cor matris patitur plus nati corpore. corpus
Rodit auis rostro/cor fodit ense dolor.
Vestigat sua pena scelus/nam fraudibus vso
Aucupe/fraudosam viscus inescat auem.

Fine malo claudi mala vita meretur. iniquus/
Qua capit insontes se dolet arte capi.

Qui alijs insidiatur: oportet vt et ipse timeat / ne cum sua preueniatur malicia: vt hic narratur. In nido luscinie cum sederet accipiter vt specularetur auras: paruos illic iuenit pullos. superuenit cito luscinia et rogauit parcere pullis suis. Faciam quod vis inquit: si bene mihi cantaueris. At illa quamuis animus excideret. tanto metu coacta pauens et dolore plena cantauit. Accipiter qui predam inuenerat: non bene cantasti inquit. et apprehendit vnum de pullis ac deuorare cepit. Tunc ex diuerso quidam auceps venit. et calamo cum silentio leuato: accipitrem visco contractum in terram deiecit. Sic qui alijs insidiabatur non cauit/ ideo captus est. Nam qui cauet vix cauet dum cauet/ etiam dum cauisse ratus est. sepe is cautor captus est.



De vulpe et lupo.

Ditat preda lupum/ ducit lupus ocia longo
Fastu. mox vulpes inuidet/ ista mouens:
Frater aue. miror cur tanto tempore mecum
Non fueris. nequeo non memor esse tui
Ille refert: pro me vigilet tua cura/ precari
Numina non cesses/ ne mea vita ruat.
Fraude tamen munita venis. falsoque venenum
Melle tegis/ dolor est copia nostra tibi.

Extorquere paras aliquid/furtumq; minaris:
Sed mea furtiuam respuit esca gulam.
Spreta redit. spreta stimulat dolor/apta dolori
Fraus subit/ad pecorum transuolat illa ducem.
Hunc monet his verbis/tua gratia muneris instar
Sit mihi: nanq; lupum dat mea cura tibi.
Hostem perde tuum/intus iacet hostis in antro.
Vir fauet/antra subit. hic necat ense lupum.
Illa lupi consumit opes. sed floret ad horam
Vita nocens. vulpes casse retenta gemit.
Cui nocui nocet ecce: mihi nocuisse nociuum:
Iure cado/cuius concidit arte lupus:
Viuere de rapto vitam rapit/inuidus instans
Alterius damnis in sua damna ruit.

Bonos ⁊ malos fortuna iuuat. ⁊ quos nō iuuat hos emulatur. ⁊ qui contra fortunatos liuorem in corde gestant/ sua eos subuertit malicia. Contra quos auctor talem cōposuit fabulam. Lupus predam multam in cubili congregauerat per tempus/ vt plures menses haberet quo posset delicatius viuere. Vulpes vt hec agnouit/ venit ad eius cubile emula eius/ ⁊ lupo dixit: Quia non vidi te per tot dies/ merito tristis fui ꝙ non peregrinasti mecum. Cui lupus vt agnouit liuorem ait. Non ad me sollicita venisti: sed vt aliqua rapias. non tu grata es quia venisti: quia scio te fraudem petere. His verbis vulpes irata: pastorē ouium adijt: agis mihi gratias (inquit) si tibi inimicū gregis tui hodie in manus tradidero: vt iam nō sis sollicitus. Pastor ait: ego seruiam tibi. ⁊ si quid volueris tibi: tradidero. Tunc clausum illa ostēdit lupum/ quem lancea ille peremit. ⁊ emula vulpes se de alieno saturauit. Deinde ipsa in venatorem cum incideret/ deprehensa a canibus et laniata sic ait: Ego male feci / ergo et male modo pereo / quia alterum lesi. Sic homines timere debent ne quem ledāt/ ⁊ deterius eis contingat.



De ceruo et venatore.

Fons nitet argento similis. sitis arida ceruum.
Huc rapit/haurit aquas: se speculatur aquis.
Hunc beat/hunc mulcet/ramose gloria frontis.
Hunc premit/hunc ledit/tibia macra pedum.
Ecce canes/tonat ira canum. timet iste/timenti
Fit fuga/culpati cruris adorat opem.
Silue claustra subit/cornu retinente moratur:
Currere sic raptum cornua longa necant.
Spernere quod prosit/et amare quod obsit/ineptum est:
Prodest quod fugimus/et quod amamus obest.

Aliquando laudamus inutilia/ꝛ vituperamus bona: vt hec testatur esopi fabula. Ceruus bibens de fonte sua cornua magna: vt vidit: nimium laudare cepit. crura vero tenua vituperauit. Cum hec ceruus ad fontem videret/venatoris vocem audiuit/ꝛ canes repẽte latrare. Fuga ceruus per cãpum dicit euasisse inimicos. at vbi silua eum suscepit/magnitudo cornuum venatibus eum retinuit. Tunc mortem suam videns ait: Que mihi fuerunt vtilia vituperaui: ꝛ deceptoria laudaui. Laudemus ergo vtilia ꝛ inutilia vituperemus.



De iunone/et venere:et alijs feminis.

Femineum quondam laudauit iuno pudorem:
Sit contenta vno femina casta viro.
At venus in medium gallinam adduxit:eamqꝫ
Cunctatur:quanto sit bene pasta cibo.
Illa refert:quecunqꝫ cibum dabit:accipio mox:
Et nihilo/scalpo verroqꝫ vt ante/minus.
Cui venus:at modium frumenti suscipe triti
Scalpere quo cessas/et pede verrere humum
Illa refert:pandas si forsitan horrea tota
Granaqꝫ cuncta feras:scalpo subinde tamen
Non satiatur aquis tellus:ligno neqꝫ flāma.
Pauca bonoꝝ satiant:copia nulla malos.

De psonis feminarū auctor posuit talē fabulā. Dijs deabus pñtib⁹: Juno laudabat castitatē:psuadebat eīm melius esse vt femina vni viro esset cōiūcta ppriocꝫ viro sufficeret. Ac venus iocādi causa iterposuit dicta gallinarū Cum iterrogaret patientē ꝛ taciturnā domesticā suā gallinā:quāto possit satiari cibo.at illa dixit:qđ cūqꝫ accepero abūdat mihi:ꝛ econtra scalpo. Ven⁹ ecōtra huic galline dicit corā ipsis dixisse: Ne scalpes:do tibi modiū tritici. At gallina sic ait veneri. Si horreuꝫ mihi patefacias adhuc tñ scalpo. ad hoc dictū Juno risisse dicit. Sic etiā hodie plures femine didicerūt maritis imponere silentiū.



De muliere et marito mortuo.

Dum vir et vxor amant, vxorem priuat amato
Parca viro, nec eam priuat amore viri.
Coniugis amplectens tumulum, pro coniuge vexat
Vngue genas/ oculos fletibus/ ora sono.
Hanc iuuat ipse dolor, nequit hec a sede repelli
Grandine seu tenebris/ seu prece/ siue minis.
Ecce reū damnat iudex/ crux horrida punit:
In cruce custodit tempore noctis eques.
Hic sitit, ad tumulum vocat hunc et clamor et ignis:
Orat aque munus, hec dat et ille bibit.
Egrum nectareis audet cor vngere verbis.
Hunc vocat ad primum cura timoris opus.
Sed redit, et dulces monitus instillat amaro
Cordi, victa subit claustra pudoris amor.
Vir metuens furem/ tolli suspendia furis
Prospicit, et vidue tractus amore perit.
Hanc ligat amplexu, fructumq̧ ministrat amoris:
Hic redit ad furem, sed loca fure carent.
Terretur, repetit viduam funditq̧ querelas
Hic dolet et queritur, dolor hic instigat amicam

Non bene seruato fure timore premor.
Rex mihi seruandum dederat, me regius ensis
Terret, et excordem me iubet esse timor.
Hec ait/inueni que te bene liberet artem.
Vir meus implebit in cruce furis onus.
Ipsa viri bustum reserat/pro fure cathenat
Ipsa virum/restem subligat ipsa viro.
Miles ait/nostre tantis successibus artes
Non prosunt/aliud consule consilium.
Crinibus orbata furis frons nuda nitebat:
Istiusqꝫ viri frons manet hirta comis.
Palentis caput illa capit, frontemqꝫ sigillans
Caluicie/manibus vellit et ore pilos.
Huic merito succumbit eques, succumbit amori
Illa nouo, ligat hos firmus amore thorus.
Iam veteri nouus extincto profertur amori.
Nam quia nil fidei mens mulieris habet.
Sola premit viuosqꝫ metu, penaqꝫ sepultos
Femina femineum nil bene finit opus.

Casta est illa mulier que dum potuit mala agere malū nō fecit: Sicut autor huius tituli ꝓsequit fabulā. ¶ Femina que amiserat virum/ cōtulit se ad mauseolū vbi maritus erat positus. vt lugubres ibi ageret dies. Contigit vt aliquis peccasset: ⁊ de lege accepit sententiā: ⁊ suspēsus est in cruce. custos illi ponit miles/ ne a suis noctu subtraheret. Qui cum eum obseruaret siti fatigatus: post voces accessit ad mauseolū aque pusillū rogans. Accepit/bibit ⁊ exinde abijt. Et quia illic viderat feminā/ redijt ⁊ consolat eam. Iterum id fecit ⁊ tertio. ⁊ dum sepe cōuenit/ subtrahit ille qui pendebat in cruce. Miles rediens nō inueniebat cruciatū. Confugiens ad pedes mulieris anxius volutare se cepit: Illi sic ait/quid agam? quid vis vt faciā? At ille: subueni inqt mihi a te quero consiliū. Illa misericors facta est militi. Maritū de loco leuauit ⁊ in crucem nocte suspēdit. Celat furtiuū facinus. misericordia pro tanta/militi oportuit officiari mulierē. Mulier nō erubuit obsequi officioso. ⁊ que iam dudum casta fuit / scelus vtrūqꝫ admisit. Habent ergo mortui qd doleant: ⁊ viui qd timeant.



¶ De meretrice et iuuene.

Arte sua thais iuuenes irretit: amorem
 Fingit. et ex ficto fructus amore venit.
A multis fert multa procis. ex omnibus vnum
 Elegit. huic veri spondet amoris opes.
Sum tua / sisqꝫ meus cupio / plus omnibus vnum
 Te volo / sed nolo munus habere tuum.
Percipit ille dolus / et reddit qualia sumpsit
 Sis mea / simqꝫ tuus / nos decet equus amor.
Viuere non vellem nisi mecum viuere velles:
 Tu mihi sola salus / tu mihi sola quies
Sed falli timeo: quia me tua lingua fefellit.
 Preteriti ratio scire futura facit.
Vitat apis taxum quam gustu teste probauit:
 Fallere vult hodie / si qua fefellit heri
Thaida si quis amat / sua non se credat amari
 Thaias amore caret: munus amantis habet.

De meretricibus autor nobis talem refert fabulã: quia im pudorate femĩe per ingeniũ sepe imponũt viris iniuriã. ¶ Quedã meretrix que erat ꝑfida / multis cum blanderetur: inuenit quẽ sepe afflixerat iniurijs. ⁊ ille factẽ se

prebuit propter vsum. Deinde mulier sic ad eum dixit: Licet multi muneribus super me cõtendant. ego tñ satis te amo: et plus omnibꝰ alijs te diligo. At iuuenis memor quotiens ab ea deceptus fuit/ tñ benigne respondit: Et ego (inquit) te mea lux: nõ ꝙ mihi fidem serues/ sed ꝙ iocũda es mihi/ te amo. Sic verbis se mutuo deluserũt. Tamen simplices sepe sic exspoliantur.



¶ De patre et filio seuo.

Est pater: est natus. hic patri cedere nescit.
Nam facienda fugit: et fugienda facit.
Mens vaga discurrit/ et menti consonat etas.
Mentis/ et etatis turbine/ frena fugit.
Ira senis punit pro nati crimine seruos:
Instruit ista senem fabula nata sequi.
Cauta bouem vitulumqꝫ manus supponit aratro.
Hic subit/ ille iugum pellit. arator ait/
Gaude letus ara. tu quem domat vsus arandi.
A boue maiori discat arare minor.
Non placet vt sudes/ sed des exempla minori.
Qui pede/ qui cornu pugnat abire iugo.
Sic domat indomitum domito boue cautus arator.
Sic sequitur veterem bos minor ille bouem.

Proficit exemplo multum cautela docentis.
Maioriq; sua credat in arte minor.

Minores oportet domare: quia maiores domare perdifficile est. Quidā paterfamilias seuū filiū habebat. Nā foras quotidie manebat ꝛ serui ꝓ eo vapulāt. Tunc sic herus ait seruis per fabulā. Quidā homo rusticus iūxit vitulū maiori boui. vitulus vero calce ꝛ cornibus eijciebat iugū a ceruice. Bouem vero cum cōtunderet vitulus/ rusticus boui sic ait: nō vt laboretis vos iūgo/ sed domitare volo minorē. Nam cū ꝑ calces vagas/ ꝛ cornua aliquē leserit/ lapidibus ꝛ fustibus debilitabitur.
Sic oportet quēq; filios suos domare iuuētutis tempore.



De vippera et lima.

Vippera fabrilem/ dapis anxia/ tendit in edem:
Incipit hec limam rodere/ lima loqui.
Nescis posse meum/ que sit mea gloria nescis:
Dente meo pateris/ non ego dente tuo.
In tenuem ferrum forti molo dente farinam:
Et cadit attritu dura farina meo.
Ferrea mordaci castigo tubera morsu.
Aspera plano/ seco longa/ foranda foro.
Deliras igitur cum dente minaris inermi.
Rideo quod ferior: vulnera ferre gemis.

Fortem fortis amet/nam fortem fortior angit.
Maiori timeat obuius ire minor.

De duobus malis/autor talem fabulā subiecit. Malus peiorem nō ledit: neqȝ iniquus iniquū superat: ⁊ durus duro nō adheret. In officinā cuiusdā fabri introisse dicitur vippera. dum quereret aliquid cibo℞/ rodere cepit limam. Hoc lima videns. ait ad vipperā: quid vis improba: tuis me queris ledere dētib⁹: ipsa sum que cō sueui oīe rodere ferrū. sed et si quid fuerit asperū: fricando facio lene. que si angulū tersero/ si q̄d ibi est ipsa precido. Ideo cum peiori nihil est certandū.



De lupis et pastore et ouibus.

Magna lupis opponit oues: ouiumqȝ satelles
Est canis/est feruex/hac ope vidit ouis.
Palma diu dormit/desperat turba luporum:
Et simulans fedus/fallere tentat ouem.
Fedus vtrunqȝ pecus: iurato numine firmat.
Id lupus/id simplex obside firmat ouis.
Datqȝ lupis malesana canem. recipitqȝ luporum
Pignora. nec metuit: nec sua damna videt.
Dum natura iubet/natos vlulare lupinos:
Turba lupina furit/federa rupta querens.

Ergo pecus tutore carens/cadit esca luporum
Preside nuda suo/sic tumulatur ouis.
Tutorem retinere suum tutissima res est.
Nam si tutor abit/hostis adesse potest.

Defensorem ⁊ patronum non expedit relinquere. De hoc auctor talem fabulam dixit. ¶ Oues ⁊ lupi bellum inter se gerebāt/ita vt nulla pars alij cederet. Ille plures fuerunt: ⁊ cum eis canes ⁊ arietes. ⁊ visum est signum victorie esse ouium. Tunc lupi legatos mittētes: petunt cōcordiam et pacem. Jurando si canes obsides darent: ⁊ econtra oues eorum catulos ab eis reciperent. Jta fecerunt: ⁊ iurando fidem dederunt illis. Quibus in pace positis. lupini catuli vlulauerunt. Jlli natos vexare putantes: veniunt vndiq; simul: ⁊ dicunt pacem ab illis ruptam: et ceperunt laniare oues nullo tutore prestante auxiliū. ac nullo patrono defendente.

¶ De homine et lignis.

Qvo teneatur eget nil ausa secare securis:
Armet eam lucus vir rogat/ille fauet.
Vir nemus impugnat/lassans in cede securim:
Arboris omne genus. vna ruina trahit.
Lucus ait pereo/mihimet sum causa peridi.
Me secat ex dono rustica dextra meo.

Unde perire queas hostem munire caueto.
Qui dat quo pereat/quem iuuat hoste perit.

AUxilium hosti dare/est suam necem facere: sicut subiectã fabula ꝓbat. ¶ Securi facta/homo postulabat ab arboribus vt illi manubriũ darent de ligno quod esset firmũ. Omnes oleastrum iusserunt. Sumpsit homo manubriũ. Aptata autem securi ramos ⁊ robora magna ac omnia quecũqꝫ voluit cepit indubitanter incidere. Tunc quercus fraxino ait. digne et bene hec patimur: qui roganti hosti nostro (vt ceci) manubria dedimus. Ideo quilibet homo bene deliberare debet/ne hosti suo aliquod prestet auxilium.



¶ De lupo et cane.

CUm cane silua lupum sociat/lupus inquit amena
Pelle nites/in te copia magna patet.
Pro verbis dat verba canis/me ditat herilis
Gratia. cum domino me cibat vna domus.
Nocte vigil fures latratu nuncio. tutam
Seruo domum. mihi dat culmus in ede thorum.
Hec mouet ore lupus/cupio me viuere tecum.
Communem capiant ocia nostra cibum.
Reddit verba canis. non te dedignor amicum
Una dabit nobis mensa manusqꝫ cibum.

Ille fauet: sequiturq; canem / gutturq; caninum
Respicit: et querit cur cecidere pili
Inquit ne valeam morsu peccare diurno
Vincla diurna fero / nocte silente vagor.
Reddit verba lupus / non est mihi copia tanti
Vt fieri seruus / ventris amore velim.
Ditior est liber mendicus / diuite seruo:
Seruus habet nec se nec sua. liber habet.
Libertas predulce bonum bona cetera condit.
Qua nisi condita non sapit esca mihi.
Libertas animi cibus est et vera voluptas.
Qua qui diues erit ditior esse nequit.
Nolo velle meum pro turpi vendere lucro
Has qui vendit opes / hic agit vt sit inops.
Non bene libertas pro toto venditur auro.
Hoc celeste bonum preterit orbis opes.

Libertas ꝗ̄ dulcis sit: auctor breuiter narrat in hac p̄senti fabula. ¶ Canis & lupus dum cōuenirēt in silua. ait lupus cani: Vnde frater sic nitidus es & bene pinguis. Canis sic dixit: quia sum custos domi cōtra latrones venientes: nullus passum ingredit̄ nocte. & si forte furem annūcio offert̄ mihi panis / dat ossa dn̄s: similiter & ceteri / amat me tota familia. ꝓiciunt mihi quicquid superest ipsis. quod fastidit cuiq; cibor̄ mihi porrigit̄. Ita venter implet̄ me blanditurus. sub tectis cubo / aqua non deest mihi. & sic ociosus vitā gero. At lupus / bene inquit frater: vellem q̄ & ista cōtingerent mihi vt sic ociosus saturarer cibo: & sub tecto melius viuerē. Deinde canis lupo ait: si vis vt tibi bene sit: venias mecū / nihil est qđ timeas. Cum igit̄ ambularēt simul: vidit lupus collū canis cathena attritū. & ait: frater qđ iugū sic attriuit tibi collū. Et canis: quia sum acrior: inde inq̄t in die ligor / nocte soluor. intra domū sum vagus: vbi volo illic dormio. Et lup⁹ ait cani: Non est mihi opus ait istis frui que laudasti. Viuere volo liber ad quecūq; mihi euenerit. liber vbi volo peragro / nulla cathena me tenet: nulla me causa impedit. vie mihi patēt in cāpis / aditus in mōtibus nullus mihi timor. ac de grege prior gusto. Canes ingenio deludo. Viue tu vt cōsueuisti: ego quā cōsueui vitam agere volo.



De manibus et pedibus.

Acusant auidi pes et manus ocia ventris
Omnia solus habes lucra: labore cares.
Nos labor edomuit: te fouet inertia. sorbes
Omnia que nostri cura laboris emit.
Disce pati famis acre iugum: vel disce labori
Te dare/ teqꝫ tui cura laboris alet.
Sic ventri seruire negant. se venter inanem
Comperit. orat opem/ nil dat auara manus.
Ille preces iterat/ iterum negat illa precanti.
In stomachi fundo torpet obitqꝫ calor.
Victa fame natura fugit/ sitis arida fauces
Obserat: et solitum non sinit ire cibum.
Vult epulas dare sera manus/ sed corporis egri
Perdita non reparans/ machina tota perit.
Nemo sibi satis est/ eget omnis amicus amico
Si non vis alijs parcere parce tibi.

Qui suos stulte deserit/ se potius decipi sciat. nec aliqd valere sine suis. Nam vt dicit partes corporis scilicet manus et pedes indignati ventri cibum dare noluerunt. eo qꝫ sine vllo labore quotidie repleretur eo sedente ocioso.

Ideo contra eum indignantes laborare noluerũt denegantes seruitium. Venter vero esuriens clamabat. At illi ei inuidebãt ⁊ per aliquot dies dare noluerũt. Jeiunio autem vẽtre cõuicto/mẽbra omnia lassauerũt. Postea autem cibum dare volẽtes/ recusat venter: quia clauserat stomachi meatus: sicq̧ mẽbra omnia cũ ventre simul lassa interierũt. Monet hec fabula famulos esse fideles: quia p̄ hoc dño existente fortunato diu manere possunt.



De simea et vulpe.

Simea de turpi queritur nate. porrigit aurem
 Vulpes. nec recipit mente sed aure preces.
Simea sic fatur/ natis vt mihi dedecus ornet
 Sufficeret caude pars mihi parua tue.
Quid prodest nimia campos insculpere cauda:
 Quod mihi prodesset/ est tibi pondus iners.
Illa refert/ nimio damnas de pondere caudam:
 Est breuis estq̧ leuis/ hec duo damna queror.
Malo verrat humum/ quam sit tibi causa decoris:
 Quam tegat immundas/ res bene munda nates.
Id nimium nimio que magis ditaret egenum
 Quod nimium nimio credis auare minus.

Inter diuitē ⁊ pauperē dicit fabula. ¶ Rogabat simeus vulpem vt de magnitudine caude sue sibi aliquid daret: vnde nates suas turpissimas tegeret. Quid em̄ (inquit) vtile est tibi tantū pondus caude sine causa: tanteq̄ longitudinis caudā quā per terrā trahis: Cui vulpes dicit dixisse: Utinam lō gior esset ac maior vt per terrā illā traherē ⁊ per petras/spinas ⁊ lutum: ne tu meo tegumēto pulchrior videaris. Locuples et auare te monet hec fabula/qui nō das quod tibi superat.



¶ De negociatore et asino.

Dum fora festinus lucro petit instat asello
Institor. et pressum pondere fuste premit/
Ille necem sperat: nece promittente quietem:
Sed nece completa viuere pena potest.
Nam cribella facit et timpana pellis aselli:
Hinc lassatur et hinc pulsat ouante manu/
Cui sua vita nocet/caueat sibi rumpere vitam
Non nece/sed meriti iure/quiescit homo.

Multi etiā post mortē vexant: quapropter securū esse nemo debet mortē optare: vt hec ꝓbat fabula. ¶ Fuit quidam negociator in via cum asello: festinās nūdinas cito ingredi. Onustū autē animal flagello ⁊ fuste cedebat/vt veniret citius lucri causa. Asellus autē optabat mortē: putās se esse post mortē securū. lassatus ⁊ quassatus/post morit. Statim de illius pelle facta sunt timpana ⁊ cribella que semper percutiunt.

De ceruo et boue.

Motus voce canum ceruus fugit: auia silue
Deserit arua petit/ claustra bouina subit.
Bos ait: aut luci tenebras/ aut equora campi
Tutius intrares/ hinc piger/ inde leuis.
Huc veniet custosq; boum stabuliq; magister:
Si duo: vel tantum te videt alter: obis.
Ceruus ait/ mihi vestra necem clementia demat:
Condite me latebris/ nam iuuat vmbra fugam.
Hunc tumulant feno: presepe reuisit arator.
Frondibus et feno munit/ alitq; boues.
Hic abit. et ceruus vitasse pericula gaudet:
Bobus ait grates/ e quibus vnus ait
Est leue vitare cecum/ si venerit argus
Illum si poteris fallere victor eris.
Centum fert oculos/ cui se debere fatentur
Et domus et serui totaq; cura loci.
Res tua te reperit argum/ res altera cecum:
Qui tibi dormitat scit vigilare sibi.
Hic silet. argus adit stabulum/ bobusq; ministrat:
Plus equo tenues viderat esse boues.

Dum munit presepe cibo/dum fulgurat ira/
Ausa videre diem cornua longa videt.
Quid latet hic? quid ait video? sentitqꝫ latentem.
Et bona fortune munera letus habet.
Exulis est non esse suum/vigilare potentis/
Stertere seruorum: velle iuuare pij.

Fugientes non sunt sui sed fortuna saluantᷣ: sicut subiecta fabula fatetur. ¶ Ceruus perturbatus strepitu venatorꝝ et tremefactus. vt venatores euaderet/in proximā villā fugit: ꝛ se in stabulū cōiecit: referens bobus ob quā causam venerit. Et bos ad eum sic ait: Ut quid voluisti huc miser ad necem tuam currere? silua te melius teneret: aut vngula quateres campum/ꝙ̄ huc deuenires. At ille contra supplex: Uos me modo inqt celate tantū dum erit sero/ibo viam quam volo securus. Hec cum dixisset: obscuro se cōdidit loco. Tuncqꝫ fenum ꝛ frondes ac omne genus pabuli/bubulci stabulo reponerent/ceruū nō viderūt: sic ꝛ alij serui/ tunc gaudens fera gratias egit bobus ꝙ fugientem celarent. Tunc maior dn̄s ville qui omnia lustrabat venit. Et bos vnus ait ceruo. Si ab illo nō videaris: qui centū habet oculos te saluū saluabimus. Nam si te ille viderit: statim vitā eripit tuā. Tuncqꝫ hec bos ceruo diceret/ecce ingreditᷣ dn̄s. ꝛ quia die superiori viderat per negligentiā seruorꝝ boues esse macilentos: arcessit videre ꝑsepia. Qui vidit inania esse ꝛ pabulū cōtra positum/dum irascitᷣ bubulcis: assūpsit ipse frondes vt bobus daret: ꝛ statim vidit erecta cornua cerui. et ait: quid est hoc? et vocauit ad se bubulcos ꝛ querit vnde ceruus hic esset? illi nescire se dixerūt. Et quomodo hucvenit inquit? At stabularij omnes plena fide iurant se nescire. gaudet dn̄s de ceruo quē nō quesitum inuenit. Mactat hunc ꝛ cum suis per aliquot dies laute vixit. ¶ Hec fabula docet quēlibet exulem nō esse suum/sed cum alienis incaute viuere. Et dominum debere attentum esse in suis rebus disponendis.



De leonis fallaci conuersatione.

Regibus hic mos est furere et seuire tyrannis:
Et facere arbitrio quod placet vsqꝫ suo.
Subditus inferior si rideat/ vltio pena est:
Si gemit: in penam fit dolor alter ei.
Si loquitur: tormenta subit: suspectus habetur
Si tacet: est semper causa reperta necis.
Tuncqꝫ volunt perimunt: miserorum vita salusqꝫ
Illorum manibus: morsqꝫ parata iacet.
Perfidius hoc monstrat leo: fabula per docet ista:

Et loqui apud tyrānos pena est/ ꝛ tacere tormentum: vt hec ꝓbat fa bula. Cum se ferarum regem fecisset leo fortissimus/ voluit more regum bonam famā cōsequi: prioribus suis factis ferocibus renūcians: mutauit cōsuetudinem. pecus nullū se ledere/ sine sanguine cibū sumere/ sanctā ꝛ incorruptā se seruare fidem iurauit: Postea de hac cepit habere penitentiā. ꝛ dum mutare nō posset naturā. cepit aliquos ducere in secreto vt falleret. ꝛ querere si eius os feteret. ꝛ illos qui dicebāt fetet et putet: ac illos qui dicebāt nō putet: aut tacebāt/ omnes dilaniabat. Postea simiū interrogabat si putidū haberet os. Ille cinamomuꝫ dixit ꝛ quasi deoꝝ altaria. Leo erubuit laudatorē vt illi tunc parceret. sed vt lederet inuitauit fidem ꝛ quesiuit fraudem/ languere se simulans. ꝛ cōtinuo venerūt medici/ qui venam cōsiderātes: pulsum bonum vt viderūt suadēt sumere cibum leuem/ qui tolleret fastidiū

pro digestione. At leo vt regibus omnia licet. ignota est mihi (inqt) caro simij eam pbare vellem. Ut est locutus statim adductus est simius vt eius carnē sumeret: licet bene prius locuta fuerit nūc tacita ducit ad tormētū & necem. Ideo tyrāni dum volūt perimūt preter rationē & sine causa/ siue quis bene loquat siue taceat.



De iudeo et pincerna latrone.

Fert iudeus opes: sed onus fert pectore maius
Intus adurit eum cura: laborqꝫ foris.
Ergo metu damni/ sibi munere regis amorem
Firmat: vt accepto preduce tutus eat
Regius hunc pincerna regit: cor cuius adurit
Auri dira fames: qui parat ense nefas.
Sylua patet: subeunt: iudeus in ore sequentis
Cor notat: ipse sequar dixit: at ille negat.
Et gladium nudans. nullus sciet inquit: obito.
Ille refert/ scelus hoc ista loquetur auis.
Prosilit ex dumo perdix. hanc indice signat.
Sed pincerna nihil verba fidemqꝫ facit.
Mox rapit ense caput: et opes metit: in strobe funus
Celat: agit celeres annus in orbe rotas.
Perdices domini cene pincerna ministrans
Ridet: et a risu vix vacat ille suo.

Rex audire cupit: hic causam dicere differt:
Fit locus: ambo sedent: hic silet: ille rogat.
Rex dolet: et leto mentitur gaudia vultu.
Tandem torturam vt vera sciantur agit.
Pincernam crucis esse reum sua crimina produnt.
Et scelus occultum/muta reuelat auis.
Clam ne peccemus: mala nec secreta patranda:
Omnia nanqꝫ videt: qui videt omne deus.

Crimina nulla diu latere hec docet fabula. Judeus nãqꝫ ere graui onustus: nemus quoddã latrones veritus trãsire metuebat. ductorẽ a rege petit: cui rex quẽ sibi fidum in primis putaret addidit pincernã. Qui animaduertẽs iudei opes: lociqꝫ oportunitatẽ: eũdẽ occidere stricto ense aggressus exclamat neminẽ esse q̃ hoc scelus videat. Judeus vero ait: ꝓfecto saltem hec tua facta manifestabit auis: digito indicãs perdicem qui tunc forte extra dumeta sese ꝓripuit. Quid plura pincerna iudeum obtrũcans subtꝰ harenã sepelit: eiusqꝫ thesaurũ absportauit. Factũ est labẽtibus annis ꝙ dum pincerna dño suo perdices ꝑ mẽsa obtulisset: largiꝰ ridere ceperat. Qđ cũ dñs cõsiderasset causam sui risus etiã ꝑcũctãter inq̄rit. pincerna varia fingẽs tandẽ minis ⁊ tormẽtis veritatẽ ꝯfitet: cruciqꝫ suffigit̃. Exẽplũqꝫ ꝑbuit: nihil eẽ occultũ i ꝯspectu diuie maiestatꝭ. vñ ⁊ Sene. hic nihil occultũ: oĩa mãifestat dies.



De ciue et milite seruientibus vni domino.

Ciuis/eques sub rege vigent: hic prelia regis:
Hic dispensat opes: hic vir/et ille senex.

Inuidiosa genas perflata ignita dolorum
Flammis fax iuuenem mordet/honorq; senis:
Regis in aure truces fingit de ciue querelas:
Est tibi non pastor sed lupus iste senex.
Ditant furta senem: crescit sua copia furtis.
Est sua de censu gaza recisa tuo.
Firmabo mea verba manu: sua furta fateri
Hunc faciam: bello iudice/verus ero.
Ista monet obiecta senem: plus debilis etas
Hunc mouet: et senij crimine visus hebes.
Parcunt iura seni si pro sene pugnet amicus:
Cui nullus senoris prebet amore vices.
Mendicat pugilem: sed abest qui pugnet amicus:
Nam refugit viso turbine falsus amor.
Dum fortuna tonat/fugitiuos terret amicos:
Et quis amat/quis non: sola procella docet.
Cena trahit ciuem: defert vox vna duellum:
Sollicitat mensam iusta querela senis.
Quos meritis emi multos mihi fecit amicos
Longa dies: cunctos abstrahit hora breuis.
De tot amicorum populis/non restitit vnus:
Quanq; dedi multis nemo repensat opem.
Rebar pace frui. mea paci congruit etas.
Sed mea turbauit gaudia liuor edax.
Posti multa meo palma est quesita: tepesco:
Ille calet: careo viribus: ille viget.
Arma parum noui: se totum prebuit armis.
Est mihi visus hebes. visus acutus ei.
Nil mihi spondet opem nisi iuste gratia cause:
De fragili queritur preside/causa potens.
Corporis eclypsim timet alti copia cordis.
Nam fragili peccat mens animosa manu.
Si turpis infide mendax infamia vite
Infigit maculas. quid intuisse iuuat?

Desperat lugetq; senex. hunc lenit arator
Qui senis arua colit: annua lucra ferens.
Me stimulat pietas pro te proferre duellum:
Est mihi pro domino dextra parata meo.
Ecce dies oritur: locus est: tempusq; duelli.
Stant pugiles: ineunt mente manuq; simul.
Est equiti fetidum/ q̄ stet/ q̄ pugnet arator.
Seq; putat victum: nisi cito vincat eques.
Nil de se retinet virtus oblita futuri:
Dextera corporeas prodiga fundit opes.
Ictus ipse suos steriles expendit in vsus.
Et feriens hostem: se magis hoste ferit.
Sed proprie virtutis opes abscondit arator.
Dum detur expense tempus et hora sue.
Aut motu fallit: aut armis temperat ictus:
Et metuens audet dextra locumq; notat.
Dormitans vigilat: et cessans cogitat ictus.
Producitq; minas/ frontis vtrunq; iubar.
Hec mora non artis ratio: sed causa timoris
Creditur: arte fruens/ esse videtur iners.
Gaudes eques vicisse putans: spernitq; bubulcum:
Sudoremq; suum tergit ab ore suo.
Interea accedit ferit atq; equitem/ ipse bubulcus:
In cubiti nodum rustica claua cadit.
Huius plaga loci/ totius corporis aufert
Robur: cedit eques: et cadit: ille sedet.
O bona simplicitas: sedet ille: notatq; iacentem:
Et nisi surgat eques: surgere velle negat.
Surge bubulcus ait: cui miles. surgere nolo.
Alter ait sedeas: meq; sedere licet.
Turba stupet: prefectus adest: equitiq; moranti
Imperat vt pugnet: aut superatus eat.
Heret eques. prefectus ait/ te vicit arator:
Pugna cadit. regi panditur ordo rei.

Rex ait: inceptum peragas prefecte duellum
Sedecias explanet ille vel ille suum.
Pugna redit: milesqz sedet velut ante sedebat.
Surge bubulcus ait. non volo miles ait.
Cultor ait: si stare negas / me stare negabo.
Surgere si temptes / surgere promptus ero:
Ambo sedent. ridet populus. presesqz bubulco
Intonat: aut pugnes / aut fuge / tempus abit.
Cultor ait: surgat / cadat aut si surgere non vult.
Percute preses ait: percute / surget eques.
Te decet / aut illum / victi sibi sumere nomen.
Hoc mihi non sumam nomen arator ait.
Surgo. surge miser. nam turpe ferire sedentem
Est mihi sicqz tibi turpe sedendo mori.
Sic ait. et timidum stimulat. rogat hic ferientem:
Parce mihi victo / supplico. victor abi.
Leta nouat fortuna senem: senis vnicus heres
Scribitur: et dignas intrat arator opes.
Jus superat vires: sors aspera monstrat amicos:
Plus confert odio gratia: fraude fides.
Fine suo gemino versu quod continet omnis
¶ Fabula declarat. datqz quod intus habet.

Quod iustus tandē nō derelinquit a deo: quo pacto etiā virtus in necessitate & amicicia vera ꝓbat: hac demōstrat fabula. Ciuis quidā senio grauat⁹ & locuples / seruitutē seruiebat regi cuidā patulas habēti aures: in cui⁹ famulatu & miles iuuenis ꝑtacto seni emulus erat. Cepit miles fortune senis inuidere: egreqz ferre tantū adesse nūmoꝝ apud senem habūdātiam. regē adit: senem de furto crimiatus. sepeqz ad id effectu cōꝓbaturū duello ꝯtra senē obtulit. Rex ciui militis ꝓpositā cōditionē explanat. Ciuis varia rerū turbat imagine: retardabatqz inp̄rimis atqz ab instituto certamie eum ꝯterrebat: senectutis sue moles. Rex ista cognoscēs: & quia in vrbe romana semꝑ venerāda senectus: indulsit seni: quaten⁹ aliquē ex amicis suis vice sua monomachie obijcere posset. Senex oēs ꝯuocās amicos: grādia & opipara illis exhibens cōuiuia: iniuriā cōquestus: nemīnē ex oib⁹ salutis defensionē reperit: vñ grauiter turbat⁹: nihil ꝑsidij expectabat nisi a sola sua innocētia. & quia iusto patrocinio causa tuēda dei est. Habuit autē se-

nex quendā colonū: q̄ miseratus dn̄m: se p illo pugilē exhibuit: dies duello prefigit: cāpus instruit: miles victoriā haud dubiū cōtra rusticū sibi pollicebat. clipeo et ense eum crebro aggressus: ictusq suos ꝯtra stātē imobilē rusticū frustra effudit. vires eī suas arator occultans post clipeū sese abdidit: penecq victus a pplo putabat. Miles autē vicisse se arbitratus sudorē a vultu abstergit: rusticus animaduertēs militē fatigatū et arma remisisse: claua sua quā manu gerebat militē ad nodū cubiti sui acriter verberās in terrā cadere facit. Videns agricola militē iacere. Surge inqt o miles. Cui miles: surgere nequeo. Arator vero si sedere inqt libeat: et ego pariter sedebo. Cū vero impellētes pfecto rusticus pugnā renouare cogere aut se victū fateri: miles vlo ampli⁹ surgere necq posset necq auderet: risu p totā taneā facto: miles se victū/rustico herbā dedit. Qd vidēs senex ciuis: gauisus est plurimū: dictūq suū colonū omniū fortunarū suarum heredem instituit: dignūq vera amicicia et sua successione rusticum fidelem demonstrauit.



De vulpe et vua.

Qui cupit id quod habere nequit: sapientius ille
Abstinet: et nuncq se voluisse feret.
Stultus enim quisquis sperat/sequiturq innatum.
Spernere prudentem cuncta negata decet.

Vulpes cū racemos vuarū plenos ac maturescētes ꝓspiceret: cupida de illis māducare/omnē viā et saltādi et scādēdi est machinata/ qua illos habere posset. sed cū oēm viam frustra tentasset, nec desiderio satisfacere quiuisset:

mesticiã vertẽs in gaudiũ ait: Racemi hi adhuc nimiũ sunt acerbi/ si habere possem tñ nollem comedere. ¶ Fabula hec significat ꝙ prudentis est fingere se ea nolle que cõsequi nõ posse cognoscit.



¶ De mustela et sene mure.

Qui natura negat vires: necꝫ fortiter audet
Pugnare: hostiles vel tolerare minas.
Is saltem ingenio (dedit experientia longa
Quale sibi) cautus cedat ab hoste procul.

Ingenio q uencꝫ facere debere quod viribus non potest instruit hec fabula. Mustela que fuerat senex ⁊ mures amplius insequi nõ valens: inuoluit se in farinam: ⁊ loco obscuro se abscondit. volens de innocẽtibus sine suo labore predam facere. Ueniens miser ignaruscꝫ mus: quandã herbã putabat. perijtcꝫ noxius. alter similiter capit/ deinde ⁊ tertius. Postremo venit maior ãnis/ ⁊ mus cautus/ qui omnia nouerat iam ingenia: muscipulas: caueas: laqueos. serpentes: ⁊ ceteras deceptiõis machinas. Cumcꝫ hostis insidias videret: dixisse fertur ad illã. Inducis quidem mures ⁊ deuoras innocẽtes. me tamen nõ capies improba qui omnia ingenia noui.



De lupo et bubulco.

Fallit amiciciam: quisquis cupit esse bilinguis
Atqꝫ oculis aliud: monstrat et ore aliud.
Blanda solent multos et dulcia fallere verba:
Ore linit feles: pungit at vngue retro.

Qui videtur verba blanda habere ꝛ infidelis est: peccat in corde suo: ꝛ hoc argumēto se describi intelligat. Cū persecutorem fugeret celeriter impius lupus: ꝛ a bubulco esset visus qua parte fugeret/ꝛ in quo loco se celaret: timore plenus bubulcum rogabat super hostem dicens: Oro te per omnes spes tuas: ne me persequēti tradas: Qui me nihil fecisse iuro Et bubulcus ait lupo: Ne timeas: esto securus: aliam partem ostendam. Venit itaqꝫ persecutor: rogans sibi lupum ostendi dicens: peto te bubulce: vidisti ne huc venire lupū: vbi sit ostende. At bubulcus ait: venit quidem sinistrā partem ostendens. Illic velocius quere: sed dextra oculis designat persecutori locum/vbi lupus latebat. At ille non intellexit/sed festinās abijt. Tunc bubulcus sic lupo ait Quid est? gratum ne habes ꝙ te celauerim? Et lupus contra bubulco ait: Lingue tue gratias ago: sed oculis tuis fallacibus peto maximam cecitatem. Hec illos increpat fabula qui bilingues esse videntur.



¶ De iunone et luscinia.

Sorte sua merito contentus quisqȝ manebit:
Utaturqȝ dato dum licet vsqȝ suo.
Omnia non prosunt: non omnes omnia possunt.
Quod natura negat querere nemo velit.

Quod vnicuiqȝ concessum est hoc vtatur: sicut hoc auctoris fabula narrat. ¶ Pauo ad iunonem venit iratus et indigne ferens: ꝙ luscinia cantaret ⁊ humana agnoscere: et ꝙ id idem sibi non esset datum/ sed ob eius vocem dimissam/ ab omnibus derideret. Tunc iuno cõsolandi causa blandit et alloquit eum dicens: Uisus tuus super vocem: ⁊ forma tua superat lusciniam. colore ⁊ nitore smaragdi perfusus. nullus similis tibi. pictusqȝ plumis gẽmis cauda et collo refulges. Et pauo ad iunonẽ sic ait: Quid mihi hec sunt: vincor voce. At iuno fatorum (inquit) arbitrio a dijs date sunt partes omnibus vobis. tibi nitor coloris ⁊ forma. maior virtus aquile. luscinia cantu: vocis augura sumit coruus. Sus grunnire cupit. columba semper tristatur. reditus gruis ostendit tempus. et oliua parit tarde. ficedula proliuitur plumis. lucifera gaudet hyrundo. nudus sero volat vespertilio. gallus nouit noctis horas. vnaqueqȝ abundat in suis. Tu igitur noli querere: nisi quod accepisti a dijs.



De panthera et agrestibus.

Vedere non quenq̃ innocuum sine iure: decebit:
Et miseris veniam qui meruere dari.
Quisq̃ enim multos ledit sine iure: potentem
Inuenit vltorem: quo vapulante luet.

Oportet nos beniuolos esse cuicunq̃ peregrino et ignoscere misero: ne sit qui reddat gratiam. vt hec subiecta fabula edocet. Panthera innoxia cecidit in foueã. agrestes vt vidit multos prohibuit ne morte eam affligerent. alij miserunt panem. alij autem fleuerunt huius innocentiã: vt sunt varie volũtates. Ecõtra alij fustibus feriunt: alij sane ridentes iacere permittunt. quidam dixit contra: parcite innocenti qui neminem lesit. vt h c dicit: Nox vt venit: illi abierunt omnes domũ / putantes eam noctemoriturã. deinde illa vires suas vt reficit languidas / veloci saltu se ex fouea liberauit: ⁊ ad suũ cubile pperat timens. Post paucos dies memor iniurie: irata ad locum pergit. pecudes illic trucidat: pastores dissipãs: in aratores impetu seuit: agrestes: et multa animalia deuastando perdit. timent omnes: non curant damna tantum: sed pro vita rogant. Tunc panthera molliter sic ad eos dixisse fertur. Memini qui fustes dederit / qui mihi saxo nocuit / q̃ inique mihi gesserit: qui flere festinauerit / qui panem miserit. sed illis hostis reuertor qui me mori petierũt. Hec improbi ⁊ iniuriosi audiãt: ne aliquem ledant.



De verueccibus et lanio.

Versus amicorum studia in contraria sensus
Sepe mali causam prebet: et interitus
Qui non tutatur sociumque iuuat et nec amicum:
Si cadet is solus: nemo leuabit eum.

Parentes vel amici qui sibi non cõsentiũt bene/male intereunt. De hoc audi fabulã. Verueces in collecto cum esset vna cum arietibus / lanium videntes inter se intrare dissimulauerũt. Cum autem vnum ex se cernerent mortifera manu lanij teneri/trahi ꝛ interfici. etiam nec sic timuerunt: sed inter se incaute dicebant hunc tetigit/dimittamus/trahat quem trahat. Nouissime remansit vnus. cum ꝛ ipse similiter se trahi videret: dixisse lanio fertur/digne sumus lamati singulatim ab vno. qui hoc non prospeximus dum essemus simul. ꝛ te in medio nostro positum aspeximus ꝛ captiuis impulsionibus quassatum confractumqꝫ non occidimus. Hec fabula narrat: hunc cõsumi a malo: qui se in vita non tutauerit.



¶ De aucupe et auibus.

Credula simplicitas damno est sibi sepe: dolosos
Dum putat esse pios: atq3 malum esse bonum.
Uos senibus iuuenes: ignari credite doctis:
Consilio vnius plebs quia sepe valet.

SApientes consilium non pretermittere / ammonet hec fabula. ¶ In verno dum exultarēt aues diuerse ⁊ in nidis suis velate frondes ederent: insperato aspiciūt aucupem lippum / componere cannas suas / ⁊ festucas inserere fisco. Ille ignare ⁊ simplices aues inter se sic narrare ceperunt. O q̄3 pium hominē cernimus. nam nimia bonitate lachryme ex eius oculis profluunt dum nos aspicit. De quibus vna alijs astutior / experta omnes dolos aucupis / sic dixisse fertur. Heu fugite simplices et innocue aues: ⁊ ab hac protinus vos eripite fraude. quam si placet cognoscere: ad eius opera caute intēdite: quia quas fraude ceperit: morsu occisas in tumba reponit. Monet hec fabula indubie fieri posse: ab vnius cōsilio multos liberari.



De homine fallaci et veraci: et de simijs.

Nil nisi mendaces: fallacia vana: dolicꝫ
Laudantur: falsi premia cuncta feruntur.
Dicere qui verum pergit laceratur: honestas
Pellitur: et virtus nunc sine honore iacet.

Solet ab antiquo: a nepharijs hominibus adulatio libēter haberi: ꝛ honesta veritas ꝛ bonitas reprobari. de quo instruit nos subiecta fabula. Duo homines vnus fallax/ alius verax/ simul iter agebant. Cum ambularēt: venerunt in prouinciā simiorꝫ: quos homines vt vidit vnus ex multitudine simius: iste qui se priorem alijs cōstituerat: iussit eos teneri ꝛ interrogari quid illi homines de seipso dicerēt. Jubet ille omnibus simus sibi similibus astare ordine longo ante se/ dextra leuacꝫ. et sibi sessum contra parari. sicut viderat imperatorem aliquando facere dum taliter eos ante se stare fecit. Jubentur adduci homines illi ad medium. At ille maior simius/ qui sum ego inquit? fallax dixit: Tu es imperator. Et iterum interrogauit: Et qui sunt isti quos ante me stare videtis? Iterum fallax respōdit: Isti sunt tui primicerij/ campiductores/ milites/ ꝛ alij officiales. Et pro hoc ille/ qui mendacio laudatus est cum turba sua / iubet illū remunerari qui adulatus est et omnes fefellit. Cum autem homo ille verax hoc videbat/ apud se aiebat: Si iste qui mendax est ꝛ omnia mentiꝛ sic est acceptus vt pro suo mendacio ita remuneretur. quantomagis ego dum vera dixero remunerabor. Dum hec secum deliberat. Ait illi simius qui se imperatorem dici volebat. Dic tu qui sum ego: ꝛ hi quos ante me vides?

ait ille qui veritatem amabat: et verum loqui cõsueuerat semper respondit: Tu simius es: et hi omnes similes tui sunt simij. Tunc cõtinuo iubet lacerari dentibus et vngulis / qui quod verum fuit dixit: Hoc modo fieri solet a malis hominibus: vt fallacia et malicia ametur: et honestas et veritas laceretur.



De equo ceruo et venatore.

Sepe alios odio credunt qui ledere: sese
Sub iuga demittunt. et grauiora luunt.
Inuidus vnde nocere putat: sibi vincula sepe
Hinc ciet: in medijs penitet atq3 malis.

Inimicicias non ponere melius est: q3 postea dum se de inimicis nõ valet vlcisci penitere. ita docet hec autoris fabula. Equus et ceruus inimicicias inter se duxerunt. Cumq3 equus videret ceruũ in omnibus aptum et ex cursu leuiorẽ et corpore decoꝝ: et arboreis cornibus ornatũ: liuore coactus ad venatorẽ se cõtulit. cui ait: Est in ꝓspectu ceruus ad videndum omnibus mirabilis / quẽ si venabulo poteris transfigere / abũdabis pulcherrimis carnibus ad escam. eius corium / cornua / et ossa pecunia vendes nõ parua. Ille venator cupiditate accẽsus: quomodo ait poterimus capere ceruum? Et equus venatori dixit: Ego mõstrabo meo labore ceruum. tu vero super me sedens: cum secutus fueris / venabulo manu tua excusso / sauciũ ceruum et occisum tenebis. tunc tue venationi perfecte gratulabimur ambo. Hoc facto: venator super equũ sedens: ceruũ de loco motũ cum excuteret / et agitaret in cursum. Ceruus nõ immemor sui naturalis ingenij. celeres tẽdens pedes / transiliens campos in saltum: cursus velocitate illesus

euasit. Equus vero cum se sudore maceratũ ac fatigatuz videret. sic dixisse sessori fertur. quo tendebã attingere non potui. descende igit et vade solitã vitam transigere. Cui ille desuper: Non habebis potestatem inquit currendi si currere volueris / frenum in ore habes: si saltum dare / sella te premit. si calcitrare volueris / in manu habeo flabellum. Eos increpat hic fabula: qui cum alijs nocere volunt / se potius subiugant.



De asino et leone.

Debilibus verbis qui creditur inanibus atq
Se terrere alios: stultior esse solet
Fortia verba solent fragiles terrere: feroces
Non fugiunt vocem. facta timenda putant.

Multi credunt fortes terrere sicut debiles. De hoc audiamus fabulam. Asinus occurrit leoni: cui dicere cepit: Ascẽdamus in cacumen montis / et ostendã tibi quia multa anialia me timent. Leo ridens aselli verba: eamus inquit. Cumq venissent ad locum / stans cum fera asellus: voce sũmissa clamare cepit. Quem audiẽtes vulpes et lepores fugere ceperũt. at asellus leoni: vide quẽ timeant. Cui leo ait: poterat et me terrere vox tua si nõ scirem asinum te esse. Hec fabula monet hunc esse deridendum qui facere nil valet et verbis inanibus quenq terrere putat.



De vulture et alijs auibus.

Dum natale suum simulat celebrare: volucres
Inuitans alias vultur adesse rogat.
Ad cenam veniunt multe cōuiuia querunt:
Et lete atq; hilares cōcomitantur aues
Hostia clauduntur: cepit sua prandia vultur
Hospitibus cesis: et sine thure litat
Sic epulas multi querunt mensasq; alienas:
Est quibus exitium quem petiere cibus.
Illecebras multi sectantur: inania mundi
Gaudia: qui luctum tristiciamq; ferunt.

Vultur simulans se natale celebrare: aues minores ad cenam inuitauit: Deinde ingressus clausit ostium & singulatim cepit occidere omnes. Hoc dicitur illis qui ad opes et voluptates hilare ꝓficiscentes: cōtraria patiunt.



De leone et vulpibus.

In caueam ingressus multos: nullum et redeuntem.
Qui videtur is stultus si ingrediatur erit.
Qui cecidisse videt multos/ nihilominus ipse
Concidit insipiens sponte perire cupit.

Leo iam deficiens: languorem fingebat/ et per eam fallaciam cetere bestie ad visitandum regem introibant. Leo vero cõtinuo occidebat eas. Vulpes autẽ venientes ante spelũcam steterũt salutãtes eum. Una a leone interrogata: quare nõ intrasti ait? Quia video intrantiũ vestigia/ exeuntiũ vero nulla. Sic alioꝝ pericula nobis sint salutifera.



¶ De asina egra et lupo.

Nulla fides vnq̄ʒ: cuiq̄ʒ est adhibenda maligno:
Clementem ostendat se licet atq̄ʒ bonum.
Dum prodesse alijs simulat: magis ille nocebit.
Et bona dum loquitur: deteriora facit.

Malo homini nunq̄ʒ fides adhibenda est hanc audi fabulam. ¶ Asinum egrum lupus visitauit ꝛ tangēs corpus eius quesiuit que partes eius corporis dolerēt: At ipse quas tu tangis. Sic male ꝓdesse se fingunt bene loquendo magis tamen nocere festinant.



De hirco maiore et tribus minoribus.

Detrahit inferior maiori: et sepe reprehendit
Ignorans moueat quidue molestet eum.
Nemo potens adeo est: quin se magis esse potentem
Inueniat: forti fortior esse solet.
Quem metuunt multi: multos metuisse necesse est:
Se quia maiorem viuere quisqꝫ sciat.

Aliquando minores inter se detrahere solēt maioribus. De hoc audi fabulam istam. Tres hirci minores cum viderent vnum maiorem fugientem ⁊ timentem/deridebant eum. Ille autem respondit eis: O desperati ⁊ ignari. Si sciretis qualem hircū fugio vtiqꝫ nō derideretis. Sic sepius potentibus personis ab inferioribus detrahit.



De homine et leone.

Verba coloratis fucis: pictisque figuris
Depereunt: veri sed manet usque vigor.
Verba cadunt velut umbra die veniente: patebit
At verum: et monstrat se fugiente dolo.

Verba factis debent approbari: igitur hanc attende fabulam. Homo et leo cum inter se certarent quis esset superior: et quererent huius altercatiõis testimoniũ. Cum venissent ad monumentũ ubi erat pictura quomodo leo ab hoie suffocaret ostendit homo ille testimoniũ in pictura. Cui leo ait Hoc ab homine pictum est. nam si leo pingere nosceret: pictum videres quomodo leo suffocasset hominem. sed ego inquit dabo tibi verum testimoniũ. Induxit leo hominem ad amphitheatrũ: et ostendit illi vera fide quomodo homo a leone suffocat. et dixit: Hic colorum testimonia non sunt: sed opus veritate factum. Hec fabula probat mendacium coloribus compositum: a veritate cito superari/ ubi est probatio certa.



De pulice: et camelo.

Se cesset iactare minor: similemve putare.
Qui prodesse nequit: et nec obesse quidem.
Qui nihil est: aliquid sese tamen esse putabit.
Desinat: et noscat se nihil esse decet.

Aliquãti cum nihil sint: ipsi tamen se magnificant. Sicut auctoris hic breuis narrat fabula. Pulex stans in cameli sarcina cum fuisset camelus onustus: plaudebat esse se meliorem/longum iter cum agerent: venerũt simul vespere ad stabulum. Pulex vero statim se ante pedes cameli excussit et sic dixisse fertur: Bene feci inquit descẽdẽs de tuo dorso ne te diutius grauarez. Et camelus ad pulicem sic ait: Gratias ago: q nec te imposita grauatus sum: nec te nunc deposita sum alleuiatus. Hanc illi audiant fabulã qui nec grauare nec iuuare possunt meliores: sed tamen hoc presumunt.



De formica et cicada.

Otia qui messis sectatur tempore: falce
Nec metit: ille famem frigore sustineat.
Is non manducet panem: qui certa labori
Tempora non dederit: quin misere esuriat.
Vade piger: doceat te viuere parua magistra
Formica: exemplum quale imiteris habes.

Hyemis tempore formica frumentum trahens ex cauerna siccabat: quod estate colligēdo coagulauerat. Cicada autem esuriens rogabat eam vt daret illi aliquid de cibo vt viueret. Cui formica: Quid fecisti inqt in estate? At illa: non mihi vacauit: quia per sepes oberraui cantādo. Ridens formica ac frumentum includens dixit: Si estate cantasti/hyeme nunc salta. Hec fabula: pigrum docet vt tēpore certo laboret. ne dum minus habuerit & petierit: non accipiat.



De gladio et viatore.

Multa malus mala sepe facit: finemque nocendi
Non habet: interdum sed tamen ille perit.
Cunque mali pereunt: multos tamen ante laborant
Perdere: consueto more nocenda nocent.

Homo malus multos perdit: p hoc audi fabulã. Gladium viator inuenit in via dum ambulat iacentem: quem interrogauit quis te perdidit? Cui tale contra responsuz dedit: Me quidem vnus/ego vero multos. Hec fabula narrat: malum posse perire, sed ante multis nocere.



De cornice et oue.

Innocuos multi ledunt sine iure nocentes:
Pro suo his faciunt sepius arbitrio
Rursus in audaces non est audacia tuta
Sed facile est miseros ledere et exiguos.
Qui tamen offendit multos: quandoq potentem.
Inuenit: a cuius redditur ore lacer.
Nam deus est vltor si quando iniuria fiet.
Pauperibus: sequitur victor vbiq malos.

De iniurijs innocētū. Esopus talē narrat fabulā. Ocio sa quedam cornix/super ouem cōsedit. quod cum diu fecisset. ouis sic ait: Cani tēptationē hanc si faceres/nō ferres latratus eius. At cornix talia oui ait: Collibus equidem fortibus sedeo: et scio quem lacessere debeo: quia sum antiqua annis. improba innocētibus/amica autem asperis: sic me creatā dij voluerūt. hec illis dicunt qui innocētie iustoꝝ iniuriant.



De abiete et harundine.

Deijcit excelsa dominus de sede superbos
Atq; humiles alta collocat arce deus.
Qui se stare putat firmum: meditetur ab inde
Se quoq; casurum: dum sua fata vocant.
Despiciat miseros nec enim diues ve potens ve.
Perpetuo nescit sors habitare loco.
Sepe cadit cedrus libani: fortesq; cupressi
Stare humilis poterit forsan harundo diu.

Qui superbo et duro corde sunt: ⁊ nolunt se subdere dn̄o suo/ solet eis euenire sicut arbori abietis/ que vento veniente noluit se flectere. stetit autē iuxta eam harūdo que vento veniente/ flectebat inq̄cunq; partem ventus eam mouebat. Et dixit ad eam abies/ quare nō stas firmiter sicut et ego. Respondit harūdo: nō est virtus mea vt tua. Et dixit ad eam abies Et ideo scire potes quia fortior sum te. Venit autē ventus validus et abietem ꝓiecit in terram: harūdinem vero dimisit. Sic sepe elati proijciunt dum humiles manent erecti.

Fabule Esopi antique: extrauagantes dicte sequuntur.



De mulo: vulpe et lupo.

Sepius indocti dum se iactare peritos
Audent: in vicium et scandala multa ruunt.
Litterulas simulans doctam et didicisse camenam:
Nec quicq̃ sapiens: est onos ille lyre.

Multi sunt qui multa iactanter interrogant: vnde responsa ignorant: ⁊ desiderant videri magistri cum nunq̃ fuerint discipuli. Ideo audi hanc fabulã. Mulus pascebat in prato iuxta siluam: veniensq̃ vulpis interrogauit eum: Quis es tu? Et mulus ait: Bestia suz. Et vulpis/ nõ inq̄t hoc dico: sed q̄s fuit pater tuus? At mulus/ equus inq̄t fuit auus meus Et vulpis: sed nec hoc quidẽ (inq̄t interrogo. dic tñ mihi quo vocaris noĩe? Tunc mulus/ ignoro inquit nomẽ meũ: quia eram paruulus pullus cum pater meus moreret̃. ne autẽ obliuioni traderet̃ nomen meuz/ pater meus fecit scribi in pede meo extremo et sinistro. si ergo vis scire nomen meum/ vade ⁊ lege in pede meo. Vulpes aũt intelligẽs dolum iuit in siluam ad lupum quem habebat inimicũ. inueniensq̃ eum iacentem sub vmbra fame laborantẽ/ increpauit eum dicens: O folle o stulte o insensate/ cur fame laboras? surge potius et vade in pratũ hic ꝑpe: ⁊ ibi inuenies bestiã magnã/ crassamq̃ ac superbam: quam interficies/ satia teq̃ ex ea. Tunc lupus pergens ad mulum in prato ait: Quis es tu? at mulus bestia sum. at lupus/ nõ hoc dico inquit sed quis pater extitit tuus? et mulus: Equus ait extitit meus auus. Tunc lupus/ nec ego hoc quero: tamen dic mihi

quomodo vocaris? At mulus/nomen meū inq̄t ignoro quia eram pullus modicus quādo pater meus mortuus fuit/ne autē traderet obliuioni nomen meū/ pater meus fecit scribi nomen meū in pedez meū extremū & sinistrū. si ergo scire vis meū vocabulū/vade & lege in pede meo. Tunc lupus insipiens/ nō intelligens dolum/ iuit ad pedem muli: & cepit studiose mūdare illum/ estimans illū esse inscriptum & legere voluit. At mulus percutiēs eum in mediā frontem/ oculos ac cerebrum excussit in terrā. Tunc vulpecula stans retro genestum absconsa/ cum derisione ac risu palmas suas percutiēs ait: O stulte o insensate o folle o insipiens: tu litteras nesciebas et legere volebas. per meam dexteram & per rectum iudiciū es ita pcussus Taliter homines insipientes: dum docti videri appetunt: frequenter labuntur in scandalum.



¶ De verre: agnis: et lupo.

Qui manet equales inter sibi: sepe pericla
Uitat: et esse potest liber ab interitu.
Sed sibi qui querit alijs dominarier ille
Sepe relinquetur: nec sibi tutor adest.
Contentos proprio decet omnes viuere honore:
Qui querit multis imperitare cadet.

Multi sunt homines qui nō cōtenti priuatis honoribus: cupiūt imperare maiorib⁹ & cōparib⁹. vnde audi fabulā Verres paruus morabat inter magnū gregez porcoꝝ/ qui inflatus superbia: cur nō esset princeps idignatus/

vertebat se in gyro cum strepitu et vocis grunnitu fulminādo: dentes limādo: estimās alios terrere. Cūq nullus paueret: iratus ait/ quid mihi hic pdest stare: hic mihi pcipiēti nullus obedit. me irascētem nullus fugit. minātē nemo pauescit. Jam ergo hic nō stabo amplius. et surgens cepit abire. dum autē iret venit inter gregē agnoꝝ. stansq in medio/ in gyro se vertebat cum strepitu et vocis grunnitu fulminādo scz ac spumādo et limādo dētes. Tunc agniculi vidētes hoc: timore pterriti/ fugierūt oēs hac atq illac. Ac verres stans cū tumore dixit: Hic decet me stare: quia hic est ↄgruus honor: dignꝰ timor: hic me irascentē oēs fugiūt: minātē cūcti pauescūt: hic amor et veneror ab oibus. Cūq talia p dies plurimos ageret. die quadā lupus patiēs famē/ venit ad agniculos volēs comedere ex eis. Illi autē vidētes eū a longe fugierūt oēs p rupes. Verres aūt estimās se defendi ab agniculis/ nō est dignatus fugere. Lupus aūt capiēs eum: portabat in siluā vt comederet illū. Et dum iret casu deuenit inter gregē porcoꝝ/ vnde verres exierat. At verres cognoscens eos: exclamauit voce magna. At illi agnoscētes eum/ insurrexerūt vnanimiter in lupū: et pcussum ac vulneratū vsq ad necem fratrē suum eruerūt. Tunc stans verris in medio plenus dolore ac verecundia dixit: Dicit in pucrbijs/ in aduersis et psperis semper cum tuis te tenere debes. ego enim a meis nisi recessissem hec mala nō sustinuissem. Taliter multi homines/ dum vltra suū modū imperare superbe cupiūt: frequēter in malum incidunt.



Де vulpe et gallo.



Garrula lingua nocet multis: bucceq loquaces
In damnum domino sepe venire solent.

Qui non preuidit: quid/ qualia/ quando loquetur
Multo illi melius conticuisse foret.
Improuisa volat: sed non reditura loquela:
Et pulpam et penam garrula lingua capit.

Sunt homines multi qui nō preuidētes sua dicta frequēter talia dicūt: vnde postea ducunt in penitentiā: ꝛ dāna accipiūt. ideo audi fabulā hāc. ¶ Uulpis aliqñ sustinēs famem: iuit ad villam quandā: ꝛ veniēs ante gallū dicebat ei: O dñe galle/ ꝙ pulchrā vocem habebat dñs meus pater tuus: nam ego cupiens audire vocem tuam veni huc: vnde rogo te vt canas alta voce: vt audiā/ vtrum tu aut pater tuus pulchriorē haberet vocem. Tunc gallus cum clamore clausis oculis cepit canere. Ac vulpis insiliens in eum: cepit eum ꝛ portauit in siluā. Tunc homines ville illius insequētes eum dicebāt: quia vulpis portat gallū nostrū. Audiēs autē gallus dixit vulpi: Audis dña quid dicūt villani turpes: dic ergo illis quia meū gallū nō vestrum porto. Tunc vulpes dimittens gallum ex ore dicebat/ quia meū gallū nō vestrū porto. Gallus autē euolans in arborē dicebat: Mentiris domina mea mentiris/ eoꝝ sum ꝛ nō tuus. Uulpis autē percutiēs buccam suā cum palma sua dicebat. O bucca quāta dicis quanta loqueris: certe si modo locuta nō fuisses predā tuā nō amisisses. Sic et multi hoīes cum multa loquunt/ damnū nō effugiūt.



¶ De dracone et villano.
In mala sepe cadit/ grauioraqꝫ scandala: quisquis.
Reddere praua studet pro precio/ atqꝫ bonis.

l

Jure malum patitur mala qui tribuisse laborat
Illi a quo cepit cōmoda multa prius.

Frequenter reddunt homines mala pro bonis ꝛ iuuantibus se nocent. de quo audi fabulā. Draco morabat in flumine: ꝛ cum creuisset flumen/secutus est aquā per descensum/quousqꝫ fluuius minuens dimitteret illū in arena sicca. ibiqꝫ iacebat non valens pergere sine aqua. Dum autē transiret quidā homo agricola/dixit ad euꝫ: O draco quomodo iaces? Et draco ait: Fluuium crescentē sum secutus per descensum/ qui minuēs dimisit me hic in arido loco: ꝛ nequeo ire absqꝫ aqua: sed si me ligaueris ꝛ super tuum asinum imposueris: ac me ad domum meaꝫ reduxeris aurum et argentum: ac omnia bona a me accipies. Tunc villanus cupiditate ductus: ligauit draconē ꝛ posuit eum super asinum suum: ꝛ reuocauit ad suū cubile. Et cum deposuisset eum de asino ꝛ soluisset eum de vinculis: querebat quod ꝑmiserat: id est aurū et argentū. Tunc draco ligasti me inquit et ideo exigis a me aurum et argentū. Et villanus ait: Tu rogasti me. Draco ait ei: Comedam te ergo/ quia famem habeo. Et villanus respondit: Uis tu ergo mala pro bonis reddere? Uulpes autem cum esset secus locum ꝛ audiuit illos litigantes: ait ad illos: quid litigatis ad inuicē? Tūc prior draco ait: iste inquit villanus ligauit me fortiter ac posuit super asinum ꝛ duxit vsqꝫ huc. Et post homo dixit: Audi dn̄a mea vulpes: fluuium crescētem sequens hic draco remansit in sicco. Tuncqꝫ transirem rogauit me vt ligarem/ ꝛ imponerem super asinum/ ꝛ ducerem eum vsqꝫ ad domum suam/ ꝑmittens mihi aurum ꝛ argentū ꝛ cuncta bona: ꝛ modo vult me deuorare. Et vulpes ait: stulte egisti: quia eum ligasti. Modo ergo ostende mihi quomodo ligasti eum: ꝛ postea vos iudicabo. Tunc villanus cepit ligare draconē. Cui vulpes dicebat: Ligauit te ita fortiter villanus? At ille/ nō solum tantū sed etiam centies tantū. Et vulpis villano: Stringe eum fortius. Tunc villanus cum esset fortissimus cepit eum stringere ſm omnes vires suas. Tunc vulpes draconi: Ita te ne ligauit? Et draco ait: Ita dn̄a mea. Et vulpes villicano inquit: Noda ergo vincula ipsa fortiter: quia qui fortiter ligat/ fortiter disligat: et vade ꝛ impone eum super asinū/ ꝛ reuoca eum ibi vnde assumpsisti: ꝛ ibi dimitte eum ligatuꝫ/ ita vti est: ꝛ postea te nō manducabit. Et ita egit villanus vt iudicauit vulpes. Taliter homines cum ꝓ bonis mala retribuūt/ frequenter retributionem iuste recipiunt.



¶ De vulpe et catto.

Quisquis habes artes alios contẽnere noli.
Nam sua distribuit dona cuiqꝫ deus.
Cuilibet imposuit quantum natura putauit
Sufficere: ingenium pro moduloqꝫ dedit.
Non minus est sapiens qui viuere scit ratione:
Quam fraudes callens: innumerosqꝫ dolos.

Sunt plures qui iactant se esse sapientes: ingeniosos astutos: exprobantqꝫ ceteros cum irrisione. vnde audi fabulam. ¶ Uulpis obuiauit catto in via: ad quã prior vulpes: Salueris frater mi salueris. Et cattus ad hec: sit salus tecũ. Tunc vulpes: quas inquit scis artes? Et cattus Non inqt scio aliquid nisi modicã sciẽtiã saltãdi habeo. Uulpes dixit: p meũ caput nõ est necessaria tibi vita: quia insipiens es vt audio in cũcta Cattus respondit/ita est domina mea vt dicis: sed rogo te domina mea ac soror charissima vt digneris mihi dicere quantas tu scias artes? Uulpes respondit catto: Ego centum inquit scio artes: non mediocriter sed perfecte: quarũ vnaqueqꝫ valet me pascere/ vel de pluribus malis eruere. At cattus dixit: Tibi inquit cõgruit plixior vita ac salus perpetua: quia ita es sapiens. Dum hec ita sermocinarent. Dixit cattus vulpi: Uideo soror vulpis equitẽ venientẽ quẽ sequunt duo canes capacissimi ⁊ nostri valde inimici. Et vulpes: ne scis inquit q̃d dicis? Es nanqꝫ insipiens ac timidus: ideo ista loqueris: ⁊ si verũ pferres: cura nulla. Cum aũt appropinquasset miles/

canes vidētes vulpem ⁊ cattum ceperūt velociter venire cōtra eos Vulpes autē vidit canes venientes ait ad cattum: Fugiamus. At cattus inquit: non erit necessitas. Et vulpis: Erit certe vt video. At cattus: Potest esse quia erit: sed animodo vnusquisq̧ ꝓ se laboret. Tunc vtriq̧ fugam petunt. Cattus autē inueniens arborē magnā/ saltum su bijt in eam/ ⁊ liberatus est. Canes autē instāter sequebant vulpem. Vulpes autē perniciter fugiebat. Tunc cattus de altitudine arboris clamabat voce magna: Eh soror vulpis/ de centū artibꝰ modo exhibe vnam: quia longe a silua abes. Canes autē capientes vulpem interfecerūt. ¶ Monet autē hec fabula: sapiētes ac studiosos vel ingeniosos ⁊ viciosos: ne exprobrēt insipiētes ac minus studiosos vel ingeniosos: siue minus viciosos.



¶ De lupo et hirco.

Qui contra fortes insurgit siue potentes
  Pauper: ab his damnum si capit: ipse luat.
Qui supra v ires audet dare verba feroci
  Si penam capiat: damna moleste ferat.
Non decet vt pauper post vina parabolet vllus:
  Fortibus infirmos cedet vbiq̧ decet.

Nequēter cōtra fortes ⁊ potētes surgūt infirmi ⁊ paupe res. Unde audi fabulaꝫ. ¶ Lupus insequebaꝫ hircū caprarū vt eum caperet. At ille subijt in rupē altā: ⁊ ibi tutatus est. At lupus obsedit eū a radice. Post biduū aūt siue triduū cū lupꝰ sustineret famē/ ⁊ hircus sitim: discesserūt vtriq̧.

lupus prior vt cibum caperet: hircus vero postea vt aquã potaret. Cum autẽ vsq ad satietatẽ potasset/ aspiciẽs vmbrã suã in aqua dixit: q acceptas tibias/ q pulchrã barbam/ et q magna habeo cornua: et lupus me fugat. ammodo ergo resistã ei: et nullã ei dabo potentiã ex me. Lupus autẽ silenter retro eum auscultabat omnia verba hec: infigens aũt fortiter dentes in hirci coxam dixit: Quid hoc est quod loqueris frater hirce? Hircus autẽ vt sensit se captum ait: O dñe meus lupe peto misericordiã et agnosco culpaz: quia hircus postq potat: qd nõ debet parabolat. Ast lupus nõ pepercit sed vorabat illuz. ¶ Monet autẽ hec fabula infirmos ac pauperes ne insurgant vltra vires contra fortes ac potentes.



¶ De lupo et asino.

Qui nocuisse paras inimico fidere noli

Nanq retro ionathe tela redire solent.

Consilium nemo sapiens hostile sequatur.

Hostem nemo suum temnere iura docent.

Consiliuz eius nõ debet facile quis credere cui mala vult inferre. De hoc audi fabulã. ¶ Lupus obuiauit asino q ait: O frater asine famem habeo: et ideo inqt comedaz te. Cui asinus: vt placuerit ita facies. nam tuuz est imperare et mihi est volũtati tue obtemperare. Si enim me comederis ex magno labore me liberas. Ego enim ex torculari vinum. ex area annonam. ex silua lignum. ex montibus lapides ad domos cõstruendas defero: et ad molendinũ annonam fero et iterum refero. et vt breuiter cõcludam: omnis labor et omne onus super me est: ideoq ve diei in

qua natus sum: sed oro vt de hac vna re exaudias me. nolo enim vt in via me comedas: quia timeo verecūdiam. Si enim hic me comederis vidētibus vicinis ac dominis meis/ dicerēt: Quomodo asellus noster pmisit se vorari a lupo? rogo itaq; vt audias meū cōsiliū Eamus in siluā ꝛ faciamus ex viridibus lignis robustas retortas: et tu liga me per pectus quasi seruū tuū: ꝛ ego ligabo te p collū quasi dn̄m ducentē seruū: ꝛ ita pduc me ad inferiora silue ꝛ ibi me comedes pacifice ꝛ suauiter. Ad hec lupus nō agnoscens dolū ait: vt dicis ita faciamus. sic abierūt ꝛ fortissimas retortas fecerūt. lupus torquebat ꝛ asinus apponebat. Lupus ligauit asinū p pectus: ꝛ asin⁹ lupū fortiter p collū. Tunc asinus ait: Eamus inquit vbi vis. Et lupus ait: Ostende inquit tu viā. Ad hec asinus: Libēter faciā. Tūc cepit ire asinus ad domū dn̄i sui. At lupus vt vidit vicū dixit: Non inquit p viam pgimus rectā. Asinus respōdit: Noli hoc dn̄e dicere nam si placet tibi recta est via. Lupus vt agnouit fraudem/ cepit retrogradare. At asinus violēter trahere vsq; ad fores dn̄i sui. Exiēs autē dn̄s ac tota familia pcusserūt fere lupū vsq; ad mortē. vnus autem volens pcutere lupū in crebro cum securi incidit vinculū: et ita solutus lupus fugā petijt in mōtem. Asinus autē introiuit in atriū dn̄i sui. Tunc turbatus asinus pre timore quē habuerat: ꝛ p̄ gaudio quod habebat: cepit magnas voces emittere. Lupus autē stans in monte ecōtra dicebat: Certe nō tm̄ folleas vt amplius me colligas. Docet hec fabula ne facile credamus cui mala ingerere desideram⁹ ac semel decepti fortiter nos postea preuideamus.





¶ De serpente et agricola.

Non cuiq; credas mala cui fecisse probaris:
Nam tandem poterit si nocuisse nocet.

Qui totiens monitus inimico credere pergis.

Quas capies penas fer patienter eas.

NOn expedit facile credere ei cui mala ingeris, nam tādē nocebit. de hoc audi fabulā. Agricola ibat serere agrū dum aūt iret cōculcauit serpentē acriter. Dixit ei serpēs: Cōculcasti me male o amice / nihil lesus a me. dico aūt tibi ne credas ei cui malū facis. ꝛ abijt agricola viā suā paruidendēs hec. Sequēti autē anno cum agricola carperet eandē viam: dixit ei serpēs: quo vadis amice? Respōdit agricola: agrū serere. ꝛ serpens Caue ne irriguū agrū seras: nam hoc anno multe erūt pluuie: ꝛ que seminata fuerint i terra aquosa peribūt: verūtn̄ cui mala facis ne credas. Et abijt agricola estimās dolū: ꝛ seminauit in tellurē aquosam ipso aūt anno fuerūt pluuie magne ꝛ semina aquose terre perierūt: et nihil habuit homo. Sequēti anno cum iret ꝑ eandē viam agricola agrū seminare. Dixit serpēs: vbi ꝑgis o amice? Agricola respōdit: agrū serere. At serpēs: Uide ne arētē seras humū: quia hoc anno estas erit magna: ꝛ que seminate fuerint in agrū aridū morient. Uerūtn̄ cui mala facis ne credas. Agricola estimās fraudē seminauit in aruū aridū: fuitq; illo anno magna estas: ꝛ semina terre aride perierūt: ꝛ nihil annone habuit homo. Alio aūt āno cum iteraret similiter ꝑ viam agricola vt agrū sereret. dixit ei serpēs: Quo iteras o amice? Et agricola: serere agrū inquit. At serpēs in cōmune inqt solū semina: id est qꝫ nō nimis sit aquosum neq; valde aridū: sed ex vtraq; tēperatū: cui autē malū facis ne credas. Abijt agricola ꝛ fecit sicut ei dixit serpēs. Extitit aūt illo anno aurarū tēperies cōgrua et homo habuit satis annonā. Cum aūt reuerteret agricola de agro Ait ei serpēs: Ecce amice mi venerūt tibi cūcta sicut ꝓdixi. Et agricola venerūt inqt: ꝛ ideo gratias ago. Serpens dixit: volo igit aliquā remunerationē. Agricola respōdit: Qualē ergo vis remunerationē? Serpens dixit: Non aliam nisi vt crastina die mittas ad me vnicū tuū filiū cum vase fictili pleno lacte: ꝛ ostendēs ei foramen ad illud inquit ponat vas. Addiditq; / hoc ꝓuide qꝫ frequēter tibi dixi: vt cui malū facis nō credas. Abijt agricola ꝛ die crastina direxit ei vnicū filiū sicuti ꝓmiserat: ꝛ deposuit vas ante foramen plenū lacte. ꝓtinus ergo serpens ꝑcussit puerū ꝛ mortuus est. Ueniēs autē pater ad serpentē ait ei: Illusisti inquit mihi ꝛ interfecisti filiū meuꝫ dolose. At serpēs de alta rupe talia infit. nō id dolose egi: sed quia tu lesisti me sine causa ꝛ nihil emēdasti. ego autē sepe dixi tibi: vt cui malum facis ne credas. Docet fabula non leuiter accomodare fidem his quibus malefecis.



¶ De vulpe et lupo piscatore et leone.

VIndictam lingue querat sibi nemo: nec vlli
Detrahat: obloquium sepe nocere solet.
Si fueris lesus patienter ferre memento.
Vindicta est domini solius: atqꝫ dei.
Quisquis enim foueam fratri parat: incidit illam:
Et male qui loquitur: hunc mala sepe premunt.

SI quis lesus fuerit ab aliquo nõ debet presumere vindictam lingue: id est detractiões ⁊ blasphemias: quia inhonesta est huiuscemodi vindicta. Unde audi fabulã. Vulpes comedebat piscem iuxta flumen. Lupus autem cum secus esset locum/ esuriens: petebat partẽ ab ea. Vulpes ait: Ne loquaris ita dñe mi: nõ em̃ cõgruit vt tu comedas reliquias mee mense: non enim aliquando faciat deus tam curuũ iudiciũ. sed cõsilium dabo: Vade ⁊ affer vas ꝙ vulgo pernariũ vocat: ⁊ docebo te artẽ piscandi: ac quando esurieris capies pisces et mãducabis. Abiens autẽ lupus ad vicum/ furatus est pernariũ ⁊ attulit vulpi. Vulpes autẽ ligauit ad caudã lupi valde fortiter pernariũ ⁊ dixit ei: Vade per aquã trahendo pernariũ/ ⁊ ego retro te vadam submouẽdo pisces. Lupus autẽ trahebat per flumen pernariũ: ⁊ vulpes caute ponebat lapides in pernariũ. Cũ aũt plenũ esset ait lupus nequeo mouere neqꝫ pernarium tenere. At vulpes ad hec: Gratias refero deo quia video te strẽnuũ in arte piscãdi: sed surgam et ibo querere adiutoriũ ad extrahẽdũ pisces de pernario vel de flumine. Tunc sur-

gens abijt ad vicum/et dixit hominibus/Quid statis? Quid facitis? Ecce lupus/qui oues/qui agnos/q̄ omnes bestias vestras comedit.nunc etiā a flumine vestro pisces extrahit. Tunc omnes cum armis scilicet cum gladijs fustibus ꝛ canibus exierunt ad lupum: et vsq͛ quasi ad mortem percusserunt ac vulnerauerunt. Lupus autē trahēdo fortiter/ cauda rupta euasit curtus. Leo autem qui est rex bestiarum illis diebus erat infra ꝓuinciam:habens torsiones ꝛ dolorem ventris ꝛ ibant omnes bestie ad visitandum ꝛ consolandum eum:inter quas etiam lupus accessit ꝛ ait: O domine mi rex ego seruus tuus circūiui totam prouintiam pro medicina et nihil amplius repperi nisi tantum hoc: ꝙ in ista prouintia moratur vulpis superba ꝛ callida:habens magnā medicinā infra se ipsam. hec si dignata fuerit venire ad te/voca eam ad cōsilium ꝛ exue pellem eius ab ea: ita tamen vt viua euadet ipsa. ꝛ circūdabis ventrē ex pelle ꝛ statim sanus eris. Vulpes autem habebat foueam in ipsa rupe iuxta vbi morabatur leo:et diligenter hec omnia auscultabat. Cum autem recessisset lupus/abijt vulpes ꝛ volutauit se in volutabro luti.ꝛ venit ante leonē ꝛ ait:Salua me rex. Et leo ait:Sis salua:sed accede huc vt te osculer ꝛ dicam tibi aliquid secreti consilij mei. Ad hec vulpes respondit:Cernis ne inq̄t domine mi quia ex velocitate itineris sum ex luto sordida ꝛ ex stercoribus coinquinata ꝛ vereor ne ob fetorem pessimū vexentur viscera tua si propius accessero:sed postq͛ me balneauero ꝛ pectinauero veniam ante conspectum domini mei regis/ et dicat quod ei placuerit:sed anteq͛ discedam dicam causam ꝓ qua veni: Ego ancilla tua circūiui totum quasi mundum pro medicina: et nihil amplius valui discere/ nisi tantum hoc quod indicauit mihi quidam grecus. Nam est infra ꝓuintiam istam lupus magnus curtus/qui propter medicinam caudam amisit/ qui magnam fertur habere medicinam. et si venerit ad te voca eum ad consilium et extendens tuos pedes pulchros super eum/ exue eum suam pellem totā nisi hoc solūmodo quod in capite et in pedibus gestat:ita tamē caute et viuus euadet. Et interim dum calida est pellis / inuolue tuum ventrem et recipies statim sanitatem: et hec dicens recessit. Statim ergo lupus venit ante leonem. Vocauitq͛ eum leo statim ad consilium et extendens pedes suos/tulit ei totam pellem corporis/excepto capite ꝛ pedibus/ ꝛ inuoluit leo ventrem suum interim ꝙ fuit calida. Musce autem et vespe ac scabrones ceperunt comedere carnes suos ac aculeis stimulare. Cum autē velociter fugeret/ vulpes stans in alta rupe clamabat cum risu:Quis es tu inquit qui pergis deorsum per pratum chirothecas gestans in manibus et pilleum in capite tempore tam sereno? Audi quid dicam: quando pergis per domum/ benedic domino. Et quando pergis ad curiam / benedic omnibus:nemini obloqueris:ꝛnec bene nec male dices:sed singula vti sunt concedas : et cutem tuam seruabis illesam. ¶ Instruit hec

fabula vnumquemqꝫ vt lesus ab aliquo nō assumat vindictā lingue/ neqꝫ detractiōes neqꝫ blasphemias neqꝫ absconse nec publice: ꝛ mō strat qꝫ qui parat fratri suo foueā ipse incidet in eo.



De lupo pedente.

Grandia questieris nunqꝫ tibi: nec nimis alta:
Contentus viuas sorte tua atqꝫ statu.
Quas tibi delitias presens dabit hora/ capescas:
Nec putidis trullis dicito inesse fidem.
Qui nimis alta petunt: scrutantur et ardua: sepe
In preceps lapsu cum grauiore ruunt.

Multi altiora se querunt: ꝛ fortiora se scrutant: ꝛ vltra suū gradū excedētes altiora petunt ac delitiosa volunt: sed quo altius ascendūt: frequēter ꝑcliuius labunt. De hoc audi fabulā. Lupus surgens summo diluculo de cubili suo: cum se extenderet pepedit et ait: Gratias ago dijs quia hac die de dignitatibus satiabor vt mihi modo meus indicat posterior. et dum iret per viam inuenit adipem integrum qui deciderat itinerantibus: ꝛ vertens illum ait: Non comedam ex te: quia prius motionem viscerum eorum faciebas dum comederem ex te: hodie enim satiabor dignitatibus / vt summo diluculo meus mihi nunciauit anus. Et progrediens inuenit corpus suis salitum ac siccum. ꝛ vertens illud dixit: Non comedam ex te: quia nuper sitim ingerebas mihi: Et quare comederem: cum sciam me hodie de dignitatibus tiari vt meus mihi nunciauit anus. Et discedens inde inuenit pa-

scentem equam cum pullo suo: ⁊ ait gratias deo: Sciebam eñ quia
hodie epularer de dignitatibus: et dixit ad equam: Certe soror pul-
lum tuum comedam. Et equa ait: Sicut placuerit ita facies: sed die
hesterna me intrante infixa est mihi spina: quā oro vt prius eā edu-
cas: quia famaris esse medicus ⁊ postea pullū comedas. At lupus
pergens ad pedem eque voluit extrahere spinam. Equa autem per-
cutiens eum ad mediam frontem: agiliter cum pullo suo siluam pe-
tijt ⁊ saluata est. Lupus recuperato spiritu dixit: Nulla est mihi cu-
ra ex hac iniuria: quia die hodierno ero saturus. Et recedēs inde ce-
pit ire per viam: ⁊ inuenit duos arietes preliantes in prato. Et ait/
Dijs gratias: modo me satiabo: ⁊ dixit eis: Vere fratres vnum ex
vobis comedā. At vnus respondit ex eis: Vt placet ita fac: sed pri-
us iudica inter nos rectum iudicium. Hoc pratum fuit patrum no-
strorum: nos autē ignorantes ipsum diuidere agimus prelium. Ac
lupus/ faciam vt vultis si dixeritis modum. Tunc vnus aries ait:
Audi domine: sta si placet in medio prato ⁊ ego ibo ad vnum caput
prati: et alius aries ad aliud caput: et quis prior fuerit ad te/ illi sit
pratum ⁊ tu alterum comede. At lupus ait: Ita facite. Et abeuntes
ad capita prati arietes: venerunt cum magno impetu velociter vsq̧
ad lupum: et percusserunt eum ex vtraq̧ parte ita vehementer vt a
proprijs stercoribus coinquinaret: ⁊ fractis eius costis abierunt se-
miuiuo relicto. Post aliquam autem horam recuperato spiritu ait:
Nec ex hac iniuria est mihi cura: quia hodie ero saturus vt hoc sū-
mo diluculo mihi anus presagiebat meus. Et discedens inde inue-
nit scroffam cum porcellis suis pascentem ⁊ ait: Gloria tibi domine
Ego enim sciebam quia hodie inuenirem cibum delicatum: ⁊ ait ad
scroffam: Comedam inquit soror mea ex porcellis tuis. Respondit
scroffa: Ita facies quod placuerit: sed rogo vt prius lauentur aqua
pura/ nam non sunt ritui nostro loti: ⁊ tunc manducabis ex eis scd̄m
voluntatem tuam. At lupus: Ostende inquit fontem. Tunc scroffa
duxit eum ad cannalem: per quam influebat aquam in molendinū
et ait: Ecce fons sanctificatus. et lupus stans in summitate cannalis
fingens se presbyterum voluit arripere porcellum / et intingere in
aquam. Tunc scroffa cum grūnitu oris vehementer impetijt lupū/
per mediam cannalem / et vis aquarum rapuit eum vsq̧ ad rotam
ligneam / ac radij rote contriuerunt vehementer membra eius / et
vix inde effugiens ait: Non est mihi vero multus dolor ex hac frau-
de/ quia in hac die reperiam cibum delicatum / vt meus mihi anus
autumauit. Transiens autem iuxta vicum vidit capras stantes su-
per clibanum. ⁊ dixit: Deo gratias rependo: quia video mihi cibū
amabilem: et cepit ire ad eas. Capre autem viderunt venire lupum
absconderunt se in clibanum. Lupus autem veniens ante furnum
ait: Auete sorores / certe ex vobis comedam vsq̧ ad saturitatem.

At ille dixerunt: Audi domine nos ob nullam aliam causam hucve nimus nisi ad sacra celebrandum/ quare oramus vt cantes: postea finitis sacris egrediemur ad te et facies quod tibi placuerit. At ille fingens se pontificem: cepit ante clibanum vlulare magnis vocibus homines autem vici illius audientes lupum vlulare: exierūt cum fustibus ⁊ canibus: ⁊ percusserunt eum fere vsq ad mortem. ac canes eum vulnerauerūt: ⁊ vix semiuiuus euasit. Tunc veniens ad quandam arborem magnam prostrauit se sub eam: ⁊ cepit secum conqueri ac vehementer seipsum increpare ita fando: O deus quanta mala die hodierna super me sunt iniecta. sed vt recolo magna ex parte mea est culpa. Unde enim mihi tam superba mens vt adipē respueram: carnem porcinam salitam ⁊ siccam refutarē. Addebatq dicēs Pater meus nō fuit medicus nec ego didici medicinā. et vnde hoc mihi vt medicus essem ⁊ volui educere spinam de pede equi? Et pater meus non fuit iudex/nec ego didici legem. Et vnde mihi hoc vt vicarius essem quia volui iudicare inter arietes? Pater meus deniq non fuit sacerdos/nec ego didici litteras: ⁊ vnde hoc mihi processit vt fonte puro leuarem porcellos? pater meus nec clericus fuit nec ego ordinatus ad pontificium: ⁊ vnde mihi hic error vt pontifex apparere vellem ⁊ sacra celebrare officia? Et orauit ita: O iupiter vtinam descenderet magnus gladius a trono tuo eburneo: ⁊ me valide percuteret. Homo autem qui erat in arbore mūdans eam diligenter auscultabat omnia hec verba: ⁊ dum lupus finiuisset huiuscemodi planctum/homo iactauit securim cum qua mūdauit arborē et percussit lupum ita fortiter per collum vt voluerēt super terrā in similitudinem rote. Et cito surgens suspiciens in celum ait: Oh iupiter quam exaudibiles hic sunt dij. Et cursu agili percussus ac vulneratus siluam petijt: humiliatus qui exierat supbus. ¶ Instruit hec parabola neminē velle dici quod nō est: ⁊ nec quenq altiora et fortiora sequi quā eius status exigat. sed in suo statu quenq esse debere contentum: nec trullarum presagijs fidem dare.



De cane inuido.

In paleis natura canem facit inuidiosum:
His quia nec fruitur:nec sinit has alijs.
Hin; merito sublata iacet lex fusa camina.
Dum prohibere putat quod retinere nequit.
Quod prodestalijs:tibi nec nocet:
Inuide nol preripere:aut alios id prohibere bonos.

Sunt plures qui hoc inuident alijs quod ipsi habere nequeunt: et quãuis ipsis nõ prosit alios tamen impediunt De hoc audi fabulã. Canis impius iacebat in presepi quod erat feno plenum. et veniẽtes boues vt comederẽt non sinebat.ore patulo suos dentes ostendens. tunc boues dixerũt ei: Inique agis/naturã inuidens in nobis quã tu nõ habes. Non enim tua est natura vt comedas fenum:et vetas tamẽ nobis illud comedere. Similiter cum teneret os in suo ore:non valens illud rodere. non tamen dimittebat alteri cani vt illud roderet. Monstrat hec fabula non facile posse vitari inuidiam / cum difficultate tamen sed quiescere nescit.



De lupo et cane famelico.

Pascere condignis famulum qui negligit escis
Sepe luit damnum propter auariciam.
Expedit interdum seruis alimenta ciboqꝫ
Prebere: vt peragant debitum/et obsequia.
Naturam propriam nemo transcendat: ab inde
Ne mala percipiens: plurima damna gemat.
Cui natura negat/vini vsum: flumina potet.
Nec canat ille palam: cui latuisse opus est.

Dum familia nō bene pascitur a patrefamilias: frequēter ipse patitur dānum ꝑpter suam auariciā. ꝛ dum aliquis excedere vult suā naturā: cadit aliquādo in malum. De quo audi fabulā. Diues quidā habebat magnum gregem ouium. habebat etiā canem/ qui cum eis morabaꝛ ob defensionem lupoꝝ: sed non satis eum pascebat ꝑpter suā auariciā. Unde: quadā die veniens lupus ad canem ait ei: Quare inquit ita es attenuatus macie: certe vt perpēdo fame piclitaris: quia dn̄s tuus auarus est nimis: sed si vis dabo cōsiliū bonū. Canis respōdit: Est mihi necessariū cōsiliū bonū. Lupus ait: Ingrediar inq̄t inter agnos et capiā vnum ex eis simulaboqꝫ fugam. tu autem persequeris me: citius ꝛ anteq̄ꝫ sis ad me: ꝓiice te quasi cadens ꝛ nō valens me persequi ꝑpter famem ꝛ debilitationē corporis. tunc pastores ꝛ cūcta familia videntes hec dicent: Certe si canis noster abundāter sumeret cibum: lupus nō deportasset agniculū nostrū: nec pellem integram.

tunc vt estimo accipies satis cibũ. Canis ait: Fac vt dicis. Tunc lu-
pus ingrediens inter agnos: accipiens vnum agnũ simulauit fugaz
Canis autẽ insequebat eum citius: sed anteq̄ veniret ad eum iacta-
uit se in terram quasi nõ valens eum sequi pre magnitudine famis.
Tunc pastores ⁊ cũcta familia dicebãt: in veritate si dñs noster pa-
uisset hunc canem/ lupus nõ tulisset nostrũ agnum: nec portasset pel
lem integrã. Audiens hec dñs/ fingens se iratum plenus rubore ac
verecũdia ait: Maledicat eum deus qui cibum debuit dare incul-
pans familiã suã. sed amodo ait date ei cibum. Tunc ceperũt ei da-
re ius carniũ: ⁊ panem de furfure frumenti ⁊ canis cepit recipere vi-
res. Post paucos autẽ dies iteruz veniens lupus ad canem ait ei:
Bonum inquit cõsilium frater mi dedi. Canis respõdit Necessariũ
inquit mihi illud erat. Lupus ait: Si vis dabo melius. Ait canis/
audiam illud. Lupus ait: Ingrediar nunc inter agnos ⁊ tollã vnũ:
et simulabo fugam: tu autẽ insequẽs vade vsq̄ ad me ⁊ percute pe-
ctus meũ cum tuo/ leuiter tamen/ ⁊ tunc ꝓijce te in terrã quasi non
valens surgere pre debilitatiõe tui corporis: videntes autẽ hec pa-
stores dicent: Vere si pleniter acciperet escã canis noster lupus nõ
tolleret agnũ: nec prexisset viuus. Canis ait: Timeo inquit dominũ
meũ valde: qui dat mihi escam q̄uis nõ vsq̄ ad satietatẽ: tamen fac
vt dicis: Tunc lupus tulit agniculũ pinguissimũ et petebat fugam.
Tunc canis ꝑniciter insequebat eum vsq̄ dũ percuteret eũ cum pe-
ctore fortiter: ꝓijciens se quasi nõ valẽs eum tenere pre valitudine
famis ⁊ macie corporis. Tunc pastores ⁊ omnis familia clamabant
Certe si canis noster scđm volũtatem suam reciperet victum/ nõ re-
ciperet lupus nostrũ agnum pinguem/ nec ambularet viuus. Audi
ens hec paterfamilias plenus ira ac dolore dixit: Abũdãter inquit
cibate eum posthac. Et postmodũ dabat ei ius cũ carne cocta ⁊ pa-
ne mũdo triticeo: ⁊ ita infra paucos dies plenã recepit fortitudinez
post dãnum videlicet dñi sui. Post autẽ veniens ad eum lupus di-
xit illi: Optimum tibi dedi cõsilium inquit frater. Canis respondit:
Optimũ ⁊ mihi necessariũ: ⁊ tibi congruũ. Lupus ait: Ergo introi
bo inter mutones/ ⁊ portabo vnum ex eis pro mercede mea: Canis
ait: Accepisti inquit iam mercedẽ tuaz: nam duos ex agnis dñi mei
comedisti. Lupus ait: Faciã si tibi ita placet. Canis ait: Nolo vt fa-
cias: nam si feceris iuro tibi per meam vitã quia viuus nõ euades.
Audiẽs hec lupus ait: Da ergo cõsilium quid agam quia fame pe-
reo. Canis ait: Die hesterno excidit vnus paries ex cellario domini
mei vbi est panis mũdus abunde/ vbi sunt carnes in sale/ vbi sunt
vasa vinaria plena vino: vade ergo hac nocte illuc ⁊ satia te optime
Lupus dixit: Dolose hec dicis: nam si introiero mox nũciabis dño
tuo/ ac familie ⁊ me interficient. Canis dixit: Per meã fidem nõ fa-
ciam: nõ enim ex diuitijs domini mei est mihi aliquid cõmissum: nisi
he oues: ⁊ ideo nõ te prodã. Tunc lupus nocte facta perrexit et in-

troiuit in cellarium ꝛ comedit abũdãter panem ꝛ carnem pinguissimam. Deinde trahens vinum de vase vinario bibit ꝛ inebriatus est Tunc dixit ad seipsuз Villani inquit saturi ꝛ ebrij cantant cantationes suas: ꝛ ego inquit quare cantationes nõ cantẽ cum sim satiatus Tunc cepit cantare: ꝛ emittẽs semel vocẽ: audierũt canes ꝛ ceperũt latrare. Et emittẽs secũdã/ audierũt homĩes ꝛ dixerũt: Lupus est hic ꝓpe. Deinde tertio iam emittẽs: dixerũt in cellario est: ꝛ abeuntes occiderũt eum. ¶ Castigat hec fabula diuites potentes ac seniores: vt suos pascant mãsionatos: ne si eos nõ bene pauerint: ipsi accipiant clam plura ꝛ dñi patiantur damna assidua. Sed ꝛ monet vnũquẽq; ne excedat ꝓpriam naturã: ne incurrat malũ: sicut hic lupus/ qui vinũ bibit preter naturã quare est mortuus.



¶ De iudice ꝛ tribus filijs ꝛ capro.

Vana iudicium pro causa qui subit: ille
  Ludibrium et damnum: et scandala suscipiet.
Multi rixantur pro lana sepe caprina:
  Eumq; diu placitant cõmoda nulla ferunt.
Qui temere causas in ius trahit: ille laborem
  Perdere/ et expẽsas soluere: sponte cupit.

Existunt plures qui pro vanitatibus statuũt placita: adeuntq; iudices/ cõtentiões ꝛ lites desiderãdo. De hoc audi fabulã. Quidã homo tres habuit filios/ moriturus autem dimisit eis suas possessiones scilicet pirum vnam/ hircum ꝛ molendinũ. ipso autẽ patre sepulto dixerũt filij: petamus

iudicem vt diuidat nobis hereditatem nostram. et dixerũt: Audi do mine iudex/pater noster nuper obijt: et dimisit nobis suas hereditates/vt eas equaliter diuideremus. Judex quesiuit que essent hereditates? At illi dixerunt: Arbor vna pirus scilicet: hircus/et molendinum. Judex ait: Quomodo ergo dimisit vobis pirum? At illi dixerunt: Precepit nobis ꝙ tales faceremus partes: vt nullus plus haberet quam alter. Judex ait: Quomodo ergo diuidetis pirum? Maior frater dixit: Ego inquit accipiã ex piro om̃e quod habet rectum et turtum. Secundus frater dixit Et ego accipiã de piro omne quod habet viride et siccum. Tertius frater dixit: Et ego accipiã ex piro cunctas radices cum tota colũna et omnibus ramis. Judex dixit: Quis ergo habebit amplius? certe nec ego nec aliquis alter potest intelligere quis ex vobis plus minusve habebat. Quicunq̧ ergo ex vobis valuerit dicere/quis vestrum habeat ex vobis maiorẽ partem/illius sit tota arbor pirus. Adhuc iudex: Hircũ ergo quomodo dimisit pater vester? At illi dixerunt: Hoc statuit de hirco vt illi daret: qui eum ex nobis vt q̃ maximus efficiat optare potuisset. Tunc maior frater orauit ita dicens: Placuisset deo vt iste hircus modo tam magnus esset: vt sitiens valeret bibere omnem aquã que est in mari: et omnẽ illũ que est subtus celum: et nõ esset medius saturus. Secundus frater dixit: Estimo ꝙ meus erit hircus: quia maiorem eum orabo. et orauit ita vtinã esset omne linum: cuncta canapus ac tota lana modo simul in vnum filum cõtexta: et iste hircus esset tã vastus vt illo filo circũcingi nõ posset eius tibia. Tertius frater ait: Cogito ꝙ meus erit hircus: quia plixiorem eum orabo: et orauit ita vtinã placeret deo ꝙ modo esset aquila magna que volaret vsq̧ ad celũ et respiceret ad quattuor partes orbis: Et tantũ teneret iste hircus in latitudine longitudine et altitudine quantũ ipsa aquila videre poterat. Judex ait: Quis ergo maiorẽ orauit hircum ex vobis? certe nec ego nec aliquis valet enarrare. sit ergo illi hircus q̃ ex vobis hoc dicere sciat veraciter. Sed molendinũ quomodo pr̃ vester diuidi voluit? At illi respõderũt: De molẽdino ita ordinauit pater noster: vt daret illi qui apud amicos et cognatos nugatior probaretur. At ego inq̃t senior ita sum nugax ꝙ modo plures sunt anni quibus iaceo in domo magna: et per vnum tantuz foramen stillat super aurem meã stillicidium quod ita meas incidit capitis venas: dissoluitq̧ neruos et ossa confregit et cerebrum putrefecit: vt iam per aliaz aurem exeat. ego autẽ ita sum tepidus vt nõ valeã surgere de lecto nec vertere me in aliam partẽ/nec caput declinare pre nimia nugacitate. Secũdus frater dixit: Meum erit (vti estimo) molẽdinũ: quia plus sum nugax. Nam si ieiunauero diebus quindecim vel toto mẽse: et accessero mensaz abunde optimis cibis refertã: nequeo aliquid mittere in os meum pre nimia nugacitate nisi alij vi aperiãt os meũ et cibum imponant. Ait tertius: vt cogito meũ erit molendinũ: quia

quia plus sum tepidus. Ego eñi si sustinuero sitim vsq ad mortem: ꝛ stetero in aqua vsq ad mentũ: ante moriar ibi q̃ incline caput saltem vt vnam bibam guttulã: nisi quis per vim aperiet mihi labia ꝛ aquam iniecerit. Judex ait: Uos ignoratis: ꝛ ego nõ intelligo/ nec quisq alter: quis ex vobis sit nugatior. Et ita abierũt absq vlla diffinitiõe. Monet illa fabula: nec vane nec leuiter adeũdos iudices in causis ꝓphanis que iudicio diffiniri nõ queũt: ne sine effectu abeant cũ irrisione audientiũ: sicut his tribus fratribus cõtigit.



De vulpe ꝛ lupo.

Qui propere et subito credunt sese esse magistros
Uel doctos cum sint vix bene discipuli:
Errores plerũq viam misere ingrediuntur.
Et fallunt primum se fatui: inde alios.
Maiores quicunq minor imitarier ausus:
Cum damno in preceps: ꝛ mala multa cadit.

SUnt multi qui antea volunt esse magistri quam discipuli et volũt docere priusq addiscãt. ꝛ dum maiores fortiores ac sapientiores se imitari volũt: frequẽter labũtur in malum. De hoc audi fabulã. Uulpes vadens ad lupum dixit ei: Rogo te dñm meum/ vt ex sacro fonte leues filium meũ: ac ei sis patrinus. Libens faciam ait lupus. Postq vero lotus est: nomen eius Benedictulus vocabat. Dixitq post menses aliquot matri benedictuli lupus: Rogo te soror mea vt mihi dimittas filiolum meum benedictulũ: vt illum nutriam/ ꝛ ex artibus meis eum doceã

vt se melius possit enutrire. Tibi namque multi sunt filij quos nõ nisi cum magno labore alere potes. Vulpis ait Domine mi/vt libet ita fac: ago insuper gratias quia memor es mei. Tunc lupus assumens secum filiolum suum Benedictulum: iuit nocte ad caulas ouium vt aliquid prede caperet: et nõ potuit. Summo autem diluculo subiẽs in montem altum qui erat positus supra vicum: dixit Benedictulo filio suo: Hodie fui ad caulas ouium et nõ potui aliquid capere: et sum nunc valde fatigatus/nunc ergo dormiam parum: sed tu vigilans aspice quando egredient bestie de vico in pascua: et tunc excitans voca me vt capiamus aliquid. Cum autem dormisset lupus circa matutinum/Benedictulus excitans eum clamabat: Domine domine. At lupus: Quid vis filiole? Benedictulus: Ecce inquit porci egrediũtur in pascua. At lupus: Nulla inquit est cura de porcis: quoniã fetosi sunt: et quando comedo eos faciunt torsiones mihi: et sete pungunt fauces meas: sepeque manent infixe. Circa primam vero horam Benedictulus clamabat: Domine domine. Et lupus: Quid habes inquit? Oues et vacce egrediunt in pascua. Lupus respõdit Non mihi est aliqua cura: quia canes rapacissimi atque fortissimi pergunt cum eis: qui statim vbi me vident insequunt et cupiunt occidere: nam et pastores habẽt villani mihi infestos: qui me vidẽtes a longe sequunt cum clamore. Circa tertiam vero/Benedictulus clamabat: Domine domine. At lupus: Quid vis filiole? Benedictulus ait: Ecce inquit eque egrediunt in pascuis. Lupus ait: Aspice filiole vbi pergant. Benedictulus aspiciens ait: Ingrediunt in pratum quod est iuxta siluam: suntque in eo plures alni. Tunc surgens lupus ingressus est in siluam caute vt a nemine videret: et iuit per coopertũ vsque ad equas: capiensque vnam pinguissimã ad nares: statim necauit eam/et saturatus est ex ea ipse et Benedictulus filius eius. Statim autem benedictulus accedens ad lupum dixit: Vale pater Siquid velis precipere facito/ego explebo mandatũ: pergam enim ad matrem: nam valde sum sapiens nec ampliori studio nunc opus est mihi. Lupus ait: Nolo fili vt pergas: timeo te nãque peniturũ si pergis At Benedictulus ait: Pater dum que me scire opus est sciam: non amplius manebo. Tũc lupus ait: Dum aliud nõ volueris: vade in pace: sed penitebis. matrem attamen tuã mea pro parte saluta. Et surgens abijt ad matrem suam. Videns autẽ eum mater sua ait: Quare tam cito venis? Benedictulus ait: Quia nimis sum doctus: et sapientia tam clarus existo vt queam enutrire nõ solũ me et te: sed etiã omnes filios tuos sine vllo labore. Mater ait: Vnde ergo tam cito tua sapientia? At ille: Non tibi inquit sit cura requirẽdi: sed surgẽs sequere me. Et surgens sequebat mater filium. At ille vt videret lupum facientem/perrexit ad caulas ouium nocte vt caperet aliquid: et nõ potuit. Ante lucem autem scandens in montem altum qui erat positus supra vicũ ait ad matrem: Nocte inquit fui ad caulas ouiũ

et nō potui aliquid capere: et factus sum lassus. modo ergo dormiā aliquid: et tu vigilans aspice quando bestie egrediunt ex vico in pascuis: et mox vt videris excita me et tunc videbis q̄d ego sciam. Ibi nanq̧ sapientiā meā pbabo. Circa matutinū igit cepit clamare vulpis ad filiū Benedictulū: Fili fili. At ille: Quid vis mater? At mater: Ecce fili/porci egrediunt in pascua. At Benedictulus: De porcis inquit nulla cura: nam pleni sunt setis/et comedētibus faciūt torsiones/nōnunq̄ etiam manent infixe faucibus. Circa primā deniq̧ mater iterū dicebat: Benedictule benedictule fili mi. At ille: cur me inquietas mater? Mater ait: Armenta boum egrediunt in pascua. Benedictulus ait: Non mihi est cura de armētis: quia pastores sunt qui apud eos sunt/habentes canes rapacissimos ac maximos q̄ statim vt vident me persequunt ac clamant cupientes me mactare. Circa horam vero tertiam clamabat vulpis dicens: Fili fili mi benedictule. At ille: Mater quid vis? At illa: Ecce inquit eque egrediunt in pascuis. Ad hec Benedictulus: Aspice inquit o mater quo pergant. Aspiciens autem vulpes dixit ei: Ingrediunt (inquit) in prata que sunt iuxta siluā posita. Tunc surgens benedictulus ait matri Sta tu hic in supercilio montis et aspice quid agam: et poteris veraciter pbare meaz sapientiā meūq̧ ingeniū. Et surgens ingressus est clam in siluam vt a nemine videret: iuitq̧ occulte vsq̧ ad locum vbi eque pascebant: capiensq̧ vnā pinguissimā ad nares/cogitauit eaz sine malo extinguere. Equa autem quasi nihil ponderis gereret Benedictulū eleuās cepit agiliter currere ad pastores: gestās eum dentibus infixum naribus ad pastores. Videns autē hec mater de summitate montis cepit clamare voce magna: O fili benedictule: dimitte equam et veni/veni modo dimitte equā. Ille autem nequibat dimittere equam: nam dentes acuti nimium eius naribus fuerūt infixi Cunq̧ videret vulpes accurrentes pastores: et intelligeret in quem finem tenderēt/includens palmas cepit cum fletu clamare: Heu mihi fili mi/heu mihi quia tam cito de scholis rediisti: ecce peribis: et me miseram matrem relinquis. nam debuisti credere dictis lupi patris tui. Ita benedictulus superbus captus est a pastorib⁹: et mactatus pelle abstracta. ¶ Monet hec fabula ne quis ante iactet se magistrum q̄ didicerit esse discipulus: nec antea velit docere q̄ discat: nec superbe velle imitari fortiores ac sapientiores se.



¶ De cane lupo et ariete.

Infirmus si quando dolum temptare laborat:
Terrere et fortes: in mala sepe cadit.
Qui celare putat fraudes sub pelle aliena
Illius abstracta fraus cute sepe patet.
Quod non est simulans fatuus: fortesq̧ lacessens:
Premia stulticie debita percipiet.

Sepe dolosi insipiẽtes ⁊ infirmi: student decipere sapiẽtes ⁊ fortes: sed aliqñ corruũt in malũ. De hoc audi fabulã. Quidã paterfamilias habebat magnũ gregẽ ouiũ: morabatq̧ cũ ipsis ꝑ custodia/ canis maxim⁹ atq̧ ferocissimus q̃ suo latratu lupos terreret ⁊ visu fugaret: ob hoc null⁹ audebat gregẽ accedere lupus. Cumq̧ multis ãnis vixisset: tandẽ moritꝛ. Turbati pastores/ cõferẽtes adinuicẽ dicebãt: Quid faciem⁹ quia canis noster mortuus est: modo ergo veniẽt lupi ⁊ dissipabũt gregẽ nostrũ. Audiẽs aũt hec quidã aries supbus ait pastorib⁹. Audite sanũ ꝯsiliũ: auferte a me lanã: ac cornua abscindite: meq̧ canis pelle induite mortui: ⁊ omnes lupos visu terrebo. Cũq̧ ita egissent pastores: veniẽtes lupi more solito: statim vt viderũt arietem a longe pelle canis indutum: fugierunt pre nimio timore. Quadaȝ autẽ die venit lupus valde famelicus: tulitq̧ agnũ ac fugit. Aries aũt insequebatꝛ eum instãtius. Cũq̧ lup⁹ respiciẽs videret ipm insequentẽ: a ꝓprijs stercorib⁹ est inq̃natus: cepitq̧ velocius fugere: ⁊ aries eũ

persequi instātius. Intuensq; eum lupus agiliter veniētem/ iterum ꝓprijs stercoribus est inquinatus. Denuo aūt intuēs lupus iamq; videns comprehendi se ab ariete. pre valido timore iam vice tertia ꝓprijs fecibus fortiter est pollutus. Cūq; instantius fugeret lupus cōsulens sue vite: ⁊ aries insequeret: casu euenit vt iuxta viam spine posite/ pellem canis scinderēt: qua aries erat indutus subito ouina pellis apparuit. Uidens hoc lupus: dolū intellexit. At insiliens in eum: ac capiens interrogauit eum ita: Quis inquit es tu? Aries nō valens negare iam qd erat ait: Aries sum. At lupus: Et quare me terruisti? Aries respōdit: per iocum faciebā. Ad hec lupus: Sequere me ⁊ ostendā tibi hunc iocū. Et ad primū locū vbi pre timore nimio se stercorauerat. ait ei: Est ne inquit hoc iocus? Ac ducēs eū ad secundū locū vbi se similiter coinquinarat: Dixit ei similiter: Et hoc inquit est iocus? Iterūq; duxit eum ad tertiū locū vbi fuerat stercoratus. Et ait ei: Est (inquit) ⁊ hoc iocus: ꝙ lupus pre timore arietis stercorat se in tribus locis? Statimq; trucidauit eum ⁊ comedit.

Docet hec fabula insipientes ac infirmos: ne temere presumant per dolum decipere sapientes ac fortes.



¶ De homuncione: leone ⁊ eius filio.

Qui mandata patris et dogmata sana parentum
Negligit aut spernit: continuo interiet.
Quisquis obedire patri fortasse recusat.
Cogetur vitrici seua flagella pati.
Optima terrarum bona qui tibi habere cupiscis
Nate: patris audi/ fac quoq; iussa libens.

Sunt multi homines: suos parentes obaudientes nec recipientes eorum doctrinam: nec eorum castigationem attendentes: ideo frequenter cadunt in interitum: sicut hec presens attestatur fabula. Homuncio quidam moram gerebat in deserto: de labore manuum suarum viuens: arbores truncando / et agros serendo. Leo autem peragrans conculcauit plantas, euellebatque ipsa semina. Tunc homuncio posuit ei insidias, plurimos extendens laqueos videns autem leo: quia non poterat ei resistere: assumens filium suum qui adhuc paruus erat catulus, iuit ad aliam regionem. Postquam autem catulus ipse factus esset leo fortissimus: patri suo inquit: Sumus ne ex ista regione oriundi: an de alia huc venientes hospites et peregrini? Pater respondens ait illi: Non sumus de regno hoc oriundi: sed de alia prouincia huc venimus: fugientes insidias homuncionis. Tunc leo iuuenis admirans ait. Quis est iste homuncio qui leones terret? Leo respondit: Nec est tam magnus nec tam fortis vt nos terreat / sed nimis est ingeniosus. Ad hec leunculus: Pergam inquit et vindicabo iniurias nostras. Leo ait: Noli pergere fili mi: quia homuncio ille subtiles habet artes per quas forsan captus interficieris. Leunculus ait: Per caput et animam meam non sic agam vt dicis: sed nostras vlciscar contumelias. Leo rursus inquit: Scito te periturum si ieris. Leunculus autem paruipendens monita patris: iuit ad homuncionem. Dum autem sic pergeret: vidit equum pascentem / cum dorso exarato et costis scissis. Aitque illi: Quis (cedo) tibi hanc intulit iniuriam? Equus respondit: Homuncio ligat me cum diuersis vinculis ferreis scilicet et lineis corrigijs: et ascendens dorsum meum: per diuersa discurrit loca, et si dorsum meum exarat / et costas scindit / ac vsque ad necem frangit. Leunculus ait: Ergo bestia es tu patris mei? Equus: Non solum patris tui sed et tui. Leunculus dixit: Per caput meum has tuas vlciscar iniurias. Dum autem inde abiret: inuenit bouem pascentem / valde percussum et stimulatum vsque ad mortem. Qui ait: Quis hanc tibi fecit contumeliam? Bos ait: Homuncio ligans me cum fortissimis loris facit me terram scindere: et petras euertere aculeans et percutiens corpus meum vsque ad mortem. Ad hec leunculus inquit Es ne tu bestia patris mei? Bos: Non solum ait bestia sum patris tui: sed et tua tota. Leunculus inquit: O quantas iniurias facit homuncio: non solum mihi sed et meis, per meam animam: et per barbam meam ego vindicabo te / et intuens vidit vestigia homuncionis impressa terre et ait: Cuius est hoc vestigium? Bos respondit: Homuncionis. Tunc leunculus expandens palmam suam super vestigium dixit: Homuncio tam paruum habet pedem et tanta mala agit? Aitque ad bouem: Ostende ergo mihi homuncionem. Bos ait: Ecce adest. Et suspiciens leunculus vidit homuncionem in excelso monte positum tenentem in manu fossorium: fodientemque terram ac serentem. Tunc leunculus inquit ei: O homuncio quanta et quam diuersa gessisti mala in me et in patrem meum et in nostras bestias /

quarum nos reges sumus/tu ergo fac mihi iusticiam. Homūcio autem ostendens ei baculū et securim simul cum cultello ait. Juro tibi per deum qui me fecit et per animā patris mei: quia si ascenderis ad me tuas mactabo carnes cum baculo isto: et cum ista securi incidam eas: et cum isto cultello te excoriabo. Leunculus ait: Ueni ergo ante patrem meum vt iudicet nos qui rex est. Homūcio respondit: Jura ergo mihi vt me nō ledas vsq ad presentiā patris tui/ et ego iurabo tibi similiter: et tecum ibo vsq ad tui patris presentiā. Et iurauit ei leunculus non eum lesurum: econtraq ipse leoni ne eum tangeret/ et ceperunt abire ad leonem. Homūcio autem dimittēs viam rectam ibat per semitam in qua habebat tensos suos laqueos. Tunc leunculus ad homūcionem: Sequar inquit et per viam qua pergis Ait homūcio sicuti placet. Tunc leūculus pgebat post eum/ et dum sic iret: subito cecidit in laqueum: et obligati sunt duo eius pedes valide. At ille clamans voce magna dicebat: Homuncio homūcio adiuua. Homuncio dixit: Quid habes: Et leunculus: Nescio inquit que res meas obligauit pedes anteriores: rogo vt adiuues. Homuncio ait: Juraui inquit tibi vt te non tangerem quousq venirem ante patrem tuum: ideo te nō possum iuuare. Tunc leunculus scdm q potuit ambulabat cum duobus pedibus posteriorib9: et post paulum incidit in alterum laqueum: et fortiter ligati sunt duo pedes eius nouissimi: et exclamauit voce valida dicens: Homuncio homuncio succurre. At homuncio: Quid habes: Ait leunculus: Ignoro que res strinxit pedes meos sequentes: et nequeo me mouere. Tunc homuncio colligens baculum viridem ex silua cepit eum valide percutere. Leunculus autem videns se captum dicebat: Homuncio homuncio miserere/et parce/et noli percutere caput/ nec dorsum/nec ventrem: sed aures fortiter percute que non audierūt vocem patris mei/castigantis me ne huc venirem: quia homuncio plures haberet artes. similiter percute versus cor meum quod non intellexit doctrinam patris mei docētis me ac inquientis. Scias te peniturū si ieris ad homūcionem. Tunc homuncio ipsum exaudiens: percussit eum per aures: et cōtra cor eius vsq ad mortem: et sic inobediens parenti leunculus occisus est. ¶ Hec fabula instruit vt parētibus nostris simus obedientes: obsecundantes eorum doctrinis et monitis.



¶ De milite: vulpe: et armigero.

Cogitur interdum sua dicta refellere mendax:
Se quoque nugacem met reprobare palam.
Inducit van um sapiens plerumque fateri:
Fraudes atque dolos/stulticiasque leues.


Plures existunt homines qui cum tanta confidentia tam magna atque ingentia proferunt mendacia: vt ab alijs incredibilia putentur: et ipsi sepe semetipsos mentitos fuisse profiteantur: sicuti hec ostendit fabella. Miles quidam cum armigero suo pergebat per campos. Respiciens autem miles vidit vulpem et ait: O deus quam magnam video vulpem. Intuens autem eum armiger eius ait ad eum: Miraris domine de hac vulpe: Per fidem quam tibi debeo: ego nuper fui in regione in qua vidi vulpem maiorem boue. Miles ait: O quam facile fieri possent optimi clamides ex earum pellibus: dum saltem fullones essent huiusmodi artis periti. Dum autem sic pergerent procedentes/ in varios inciderunt sermones. At miles inquit: O iupiter cunctitenens te oro/ Custodi nos hac die ab omni mendacio: et fac nos tutos transire hunc fluuium absque corporis periculo: perducque nos saluos in hospicium nobis optatum. Audiens hec armiger ait: Domine te rogo/ dic quid est hoc pro quo tam deuote orasti? Miles dixit: Ignoras tu quod omnibus est notum? nunquid cito transituri sumus fluuium mirabilis virtutis: quem scilicet: si quis eum transiturus ingressus fuerit: qui die hoc mendacium dixerit: viuus non exibit: sed absorptus peribit. Audiens hoc armiger: nimio terrore est tactus. Dum autem euntes venissent ad quendam

fluuiolũ ait armiger: Dñe est ne hoc flumen periculosum de quo dixisti? Dñs ait: adhuc lõge sum' ab eo. Armiger inqt ppterea quero qr vulpes illa de qua hodie dixi/ nõ erat maior asino magno. Dñs respõdit: Non est cura inquã mihi de magnitudie vulpis illius. Et dum vlterius pgerẽt: venerũt ad aliũ fluuiolũ. ⁊ iterũ interrogauit armiger dicẽs: O dñe: est ne hic fluuius de quo hodie aiebas? Miles respõdit: Minime. At armiger ob hoc quero: nã hic vulpes de qua hodie dixi/ nõ erat maior ꝙ̃ sit vitulus apud nos. Miles ait: Nequaꝙ̃ est mihi cura de ista vulpe. Exinde venerũt ad aliũ fluuiolum: ac armiger iterũ interrogauit dicẽs: Dñe est ne iste fluuius de quo dudũ dixeras? Miles ait: nequaꝙ̃. Armiger dixit ego ob hoc quero ꝙ vulpes de qua hodie dixerã/ nõ erat certe maior vno ariete de nostris. Ait miles: Nulla est mihi cura de vulpe illa. Venientes autẽ circa vesperũ ad flumen magnũ dixit armiger: Vti estimo hoc est flumen de quo dñe dudũ dixeras? Miles inqt: Certe istud est. Armiger plenus timore ac rubore ꝑfusus dixit: Confitebor tibi dñe mendaciũ meũ: ⁊ iuro tibi per vitam ⁊ per caput meũ: quia vulpes illa de qua tibi hodie dixi/ nõ erat maior ꝙ̃ illa quã hodie vidimus. Tunc miles cum ioco ⁊ exprobratiõe ait ad eũ: Et ego tibi iuro ꝙ neqꝫ illa aqua peior est alia aqua. ¶ Castigat hec fabula mendaces: quia sepe ipsi nugigeruli a sapientibus facete inducunt proprio ore sua reuocare prolata mendacia.



¶ Sequuntur fabule noue Esopi ex translatione Remicij.

¶ De aquila et coruo.



Qui supra vires audet temptare negata:
Nec vini nature ponderat vsqꝫ sue.

Sepius aduersas res incidit atq malignas
Et ludum prebet se quoq ridiculum.

AQuila celsa ex rupe euolans: agnum ex omni grege arripuit. qd cum coruus cerneret: emulatiõe motus cũ vehemẽti strepitu ac stridore deuolat in arietẽ: atq vngues in eius vellus taliter implicat: vt inde etiã motu alarũ se explicare nõ potest. hũc pastor cũ ita implicitũ vidit/ accurrẽs coruũ cõprehẽdit atq alarũ pẽnis incisus/ pueris suis ipsum ꝓ ludibrio dedit. verũ eñ cum q̃spiã coruũ interrogaret quenã volucris esset: Coruus ait: Prius eq̃dẽ aquila quo ad animũ fui: nũc vero coruũ me ꝓcerto agnosco. ❡ Hec significãt ꝙ q̃ supra vires q̃ppiã tẽtare audet hoc efficit ꝙ i aduersa sepiꝰ incidit ac se oibꝰ ridiculũ exhibet.



❡ De aquila et scabrone.


NEmo suum prudens hostem contẽnere debet:
Uiribus hic impar sit licet atq minor.
Cogitat vlcisci semel est qui lesus ab vllo:
Datq dolenda nimis/ vulnera parua manus.
Qui dolet: is memor est: facile obliuiscitur ille
Cui bona contingunt. parua neglecta nocent.

AQuila leporẽ ꝓsequebat. at lepus auxilij inops scabronem quẽ tẽpus obtulit videns: ab eo auxiliũ implorauit cui scabro pollicitus est tutelã ⁊ custodiã suã. Deinde cũ aquilam appropinquantem scabro cõspicatur/ eam orẽt

ne suū sibi eripiat seruū. At aquila scabronis paruitatē contēnens: eo corā leporē excedit. Uerū scabro sue iniurie memor: vbi aquila ni dificaret obseruat. Et ecce aquila oua pariens: scabro alis claris ad aquile nidū volat: atq; oua deuoluēs humi deiecit. Aquila iactura ouoꝝ/merore cōcita/euolat ad iouem (est enim ales deo illi cōsecra ta) ac locū ad pariendū sibi tutū dari precat. Jupiter sibi cōcedit/ vt cum tēpus adsit / eius in sinu oua pariat: hoc scabro prouidens: globū e stercore cōficit atq; sursum euolās in sinum iouis demittit. Jupiter volēs itaq; globū e sinu excutere oua aquile simul excussit. Ex tūc aiūt aquilā nunq; parere quo tēpore scabrones existūt. ¶ Fabula hec significat q; nullus porro est cōtēnend⁹: quia nemo est qui iniuriā accipiens tēpore dato se vlcisci nō pretēdat.



¶ De vulpe et hirco.



IN principio finem sapiens metitur in omni
Causa: hunc pspiciens antea q; incipiat.
Quisquis enim in rebus pensato fine gerendis
Ambulat: hic solers dicitur atq; sagax.
At frustra ingressum putei stultus sibi querit:
Qui prius egressum non meditatus erat.



HOmines cōsilio pditi: antea finē pspiciūt: q; gerēdis rebus operā adhibeāt: sicuti hec fabula indicat. Uulpes cum hirco sitiētes in quēdam puteū vt sitim extinguerēt descenderūt. verū cum post potū hircus egressum circū-

quãq₃ cõspiceret: vulpes ei comiter ait: Bono sis animo/nam quid saluti nostre opus sit probe animaduerti. Si enĩ rectus stabis: et pedibus anteriorib⁹/cornibus de muro adherebis: tuas scapulas cornuaq₃ cõscendens exibo. Cumq₃ sic egressa fuero manu te cõprehẽsũ huc desuper trahã. Caper huic cõsilio ꝓmpte seruiuit. Vulpes suo exultans egressu: circa os putei hirco alludebat. At dum caper illaz incusat sibi pacta haud seruasse: ei facete vulpecula inquit: Si ea caper sapientia preditus esset: qui piloꝝ ornatu istec tua barba referta est. nõ prius in puteũ descendisses q̃ꝫ egressum pensiculate vidisses. ¶ Significat igiť hec fabella: ꝙ quisq₃ prius rei finẽ ꝓspiciat anteq̃ꝫ opus inierit quia exitus acta probat.



¶ De catto et gallo.

Quem natura malum: vel item sua praua voluntas
Fecit: ab illicitis non trahit ille pedem.
Quem peccasse iuuat/animum scelere illaquendo:
Mille vias querit quo mala perficiat.
Huic etiam desit q̃uis occasio iusta:
Continuat ceptum non minus ille nefas.

Cattus cum gallum cepisset ⁊ causam quereret quo euz iure comedere posset: illũ criminari cepit: ꝙ esset animal turbilentum: quia noctu clamitãdo mortales nõ sineret quiescere. Gallus se excusabat dicens: ꝙ id ageret ad eoꝝ vtilitatem. cum ad opera facienda ipsos excitaret. Rursum cattus ait: Impius es ac supra modum scelestus: quia agis cõtinuo contra na

turam: Etenim nec a matre nec a ſororibus abſtines: ſed per incōtinentiam te illis cōmiſces. Gallus item defendebat dicens: ꝙ domini ſui queſtus gratia id quoqꝫ ageret. enimuero ex huiuſmodi coitu pariunt oua. Tunc inquit cattus: Excuſatiōibus licet abundes: ego tamen ieiunare nō intēdo. ¶ Hec fabula denotat ꝙ qui prauus exiſtit natura: cum ſemel delinquere animo ꝓpoſuit. quāuis cauſe deſit pretextus: a prauitate tamen non deſiſtit.



¶ De vulpe et rubo.

Qui natura dedit vireſqꝫ animumqꝫ nocendi:
Fruſtra imploratur illius auxilium.
Et qui nullius miſeretur: ſed nocet omni:
In medijs veniam non petat ille malis
Confugit ad ſpinas quiſquis: ſi leditur illis
Nimirum: nocuus nanqꝫ nocere ſolet.

Stultum eſt auxilium ab illis implorare: quibus a natura datum eſt obeſſe potius ꝙ̄ prodeſſe. De quo hec fabula. ¶ Uulpes cum ſepem quandam aſcenderet / vt periculum euitaret quod ſibi iminere videbat. rubum manibus cōprehendit atqꝫ volam ſentibus ꝓfudit: et cum grauiter ſaucia foret. gemens inquit ad rubum. vt me iuuares ad te cōfugi: et tu deterius me periclitaſti. Cui rubus erraſti vulpes ait: que pari dolo me capere putaſti: quo cetera capi cōſueuiſti. ¶ Denotat hec fabula ꝙ ſtulte imploratur auxiliū ab illis quibus naturale eſt obeſſe.



De homine et deo ligneo.

Si malus et nequam: prodesse aliquando notatur.
Hoc tamen inuitus: et sine corde facit.
Sepe suos spernit malus et contemnit amicos:
Quando in honore tenent et reuerentur eum.
At postq abijciunt et eum contemnere pergunt:
Mox licet inuitus cogitur esse bonus.

Homo nequam si quandoq prodest: id tamen non efficit nisi coactus: vti hec attestatur fabula. Quidam homo deum ligneũ domi habens eum orauit: vt boni quippiã sibi retribueret: sed quantomagis orabat: tanto res domi angustior erat. demum ille cõcitus ira: deum cruribus capit: et caput parieti percutit illi. Eliso igit capite multũ auri exilijt: quod homo colligens ait: Peruersus nimiũ es atq pfidus: qui dum in honore te habui nihil equidẽ profuisti: percussus vero ac verberatus: boni plurimum contulisti. Fabula significat q homo neqũaq si quando prodest: id efficit inuitus.



De piscatore quodam.

Omnia tempus habent: melius quoque tempore agunt
Queque suo: tempus mensis et annus habent.
Est temous risus: fletus quoque tempore certa:
Tempus habent proprium cuncta creata suum.
Intempestiua peruertit cuncta mineruа:
Opportuna tenens tempora saluus erit.

Omnia probe fiunt que suo tempore fiunt. De hoc audi fabulam. Piscator quidam piscandi artis inexpertus tibijs ac rhete assumptis: iuxta maris litus accedit: atque saxo quodaz superexistens: prius tibicinare cepit: putās cantu se pisces facile capturum. Uerum cantu nullum cum cōsequeretur effectuz. Depositis tibijs rhete in mari dimisit: ac pisces cepit per plures. Sed cum ex rhete pisces extraheret: atque eos saltantes perspiceret. nō insulse ait: O improba animalia: dum ad tibiam cecini saltare noluistis: nunc quia canere cessaui saltus datis assiduos. Ergo omnia suo tempore melius fiunt.



De muribus et catto.

Quem malus:in verbis simulatis sepe fefellit
Hostis:eum prudens si sapit inde fugit.
Qui semel est lesus fallaci piscis ab hamo
Omnibus vnca cibis era subesse putat.
Murilegi dentes qui mus semel excidit:ille
Stultus erit:catto fidere forte volens.

Vir prudens si semel fallit:fictis ꝛ simulatis hominibuus non amplius confidit. De quo audi fabulam. In domo quapiam plures fore mures cattus persentiens:illuc accessit atqꝫ nuncvnum nunc alium capiens ꝙ plures interim modo comedit.verum mures cum se indies consumi perciperent:ad vnum coacti inquiunt secum:decetero inferius nõ est descẽdendum.nolumus enim perditũ ire omnes: sed hic superius manere quo cattus ascendere nõ potest. At cattus cõsilio murium percepto:simulans se mortuũ esse posterioribus pedibus se ad palum suspendit qui parieti fixus erat. E muribus quispiam deorsum acute ꝓspiciẽs: vt cattum esse cognouit:nõ infacete ait: Heus amice : ꝛ si te follem certo scirem/ deorsuꝫ tñ minime descẽderẽ/ quia semel deceptus simulatoribus amplius credere nõ debet.



De agricola perlagio et gruibus.

Improbulis socijs quisquis volet associari
Si capitur/pena plectitur ille pari.
Dignum etenim equalem penam subijsse: malignis
Qui conuersatur: vel comes esse cupit.

Qui cum improbis quopiam deprehenditur crimine/ pari pena plectitur cum illis: vt hec fabula refert. Agricola cum laqueos in agro suo tenderet vt grues et anseres venaret qui sata sua continue depascebant cum illis perlagum venatus est/ qui pede tentus rogat agricolam vt eum soluat missumqz faciat: cum non sit grus nec specie anser sed perlagus auiū pijssimus qui parētibus suis semp deseruit/ nec illos in senecta deseserit vnqz. Ei agricola subridens ait: Que dicis haud me fugiūt: nam quis sis probe teneo/ sed his simul captus cum sis: his quoqz simul es moriturus.



¶ De puero oues pascente.

Qui solitus totiens mendacia crebra referre:
Et leuibus nugis ludere sepe bonos.
Illi nulla fides/verum cum dicit/habetur:
Qui semel est mendax: polluit ille fidem.
Vera loqui deceat: veri deus autor: amator.
Nugarum sathanas sed pater/atq; sator.

Qui cognoscitur mentiri: ei postea fides non adhibet. De quo hec fabula loquitur. ¶ Puer quidam cum oues in eminētiori loco depasceret: sepius clamabat: Heus heus a lupis mihi succurrite. Qui circūaderant cultores agrorum cultum omittentes ac illi occurrētes: nihilq; adesse cōperiētes: ad opera sua redeunt. Cumq; puer id pluries ioci causa fecisset: ecce cum lupus ꝑ certo adesset: puer vt sibi succurrat serio clamat. Agricole id verum non esse putantes: et cum minime succurrerēt. Lupus oues facile perdidit: nam puero mentienti nō credebat.



De columba et formica.

Multis grata solet brutis natura subesse:
Et pecora accepti sunt memora officij.
Uerum hominem ingratũ et stultum plerũqȝ videmus:
Maiori deceat quem ratione frui.
Ingrato nihil est peius/nihil improbiusqȝ:
At gratos sequitur gratia sepe duplex.

Cum bruta in beneficos sint grata.quãtomagis hi esse debent gratifici qui rationis sunt participes: sicut ex hac fabula accipitur. Formica ex siti in fontem descendit: vbi dum bibere vellet in aquam cecidit. Colũba quedam arbore fonti eminente insuper sedens: cum formicam aquis obrui cõspiceret: ramulum ex arbore rostro cõtinuo fregit: ac sine mora deiecit in fontem: ad quem formica se applicans: ex aquis in tutum se recepit. Obiter autem auceps quidam aduenit: ⁊ vt colũbam venetur calamos erigit. Formica id sentiens: pedem alterum momordit aucupi. Quo dolore auceps concitus/calamos dimisit: quorum strepitu columba territa ex arbore fugiens: vite periculum euasit. Ex quo habes beneficiorum grata esse bruta. Cur ergo homines sunt ingrati.



De ape et ioue.

Scandala damna tuis inimicis stulte precaris:
  In te vertuntur verum aliquando tamen.
Nanqꝫ suis damnum vindictamqꝫ hostibus optat
  Qui malus: hunc propria sepe sagitta ferit.
Discite pro vestris homines/orare inimicis
  Sic christus fecit: sic deus ipse iubet.
Ultio debetur soli et vindicta tonanti:
  Sunt etenim in manibus fulmina sola iouis.

Inimicis quandoqꝫ mala p̄camur: que sepius in nos vertunt: vt hec fabula ostendit. Apes que cere mater existit: accedens quondã vt dijs sacra faceret. Ioui donum obtulit mellis: qua oblatiõe iupiter letus/rogans autem apis ait: Deus deoꝝ illustrissime/ancille tue concedere digneris vt quicunqꝫ alueare pro rapiendo melle accesserit. is si pupugero eum continuo moriatur/qua rogatione iupiter diu ambiguus (mortaliũ enim genus longe amat) demum api dixit: Satis sit tibi ꝙ quicũqꝫ pro rapiendo melle alueare accesserit. si eum pupugeris ⁊ in punctura stimulum dimiseris: continuo tuipsa moriaris: tibiqꝫ vita sit ipse stimulus. Sic in apem versa sunt mala que ipsa precabatur inimicis accedere.



De lignatore quondam.

Ut deus est iustis fautor protector amicus:
Utque bonos semper diligit atque beat.
Sic deus infestus/grauis/vltor/acerbus/iniquis.
Persequitur iusto supplicioque malos.
Conuenit inde deum colere/obseruare/vereri
Nam bonus ille bonis:seuior atque malis.

Quanto deus magis propicius est probis:tanto improbis est infestior:vt in hac fabula ostendit. Lignator quidã dum iuxta flumen deo mercurio dicatũ / ligna cederet.securis casu decidit in flumẽ. Multo igit merore cõprehẽsus:iuxta fluminis ripã gemens cõsedebat. Mercurius misericordia motus apparuit lignario suique fletus causam simulãdo rogauit quã postque didicerat. securim aureã deferẽs vtrũ quã perdidit illa esset quesiuit.at eam pauper suã esse negauit. Secũdo mercurius alterã detulit argenteã. quã cum pauper ille suam quoque esse negaret postremo ferreã sustulit.et illã cum pauper suã esse assentiret mercurius cognoscẽs illũ esse hoiem verũ iustũque omnes sibi dono dedit. Accedẽs igitur ad socios lignarius qd sibi acciderat aperit Unus itaque ex socijs illud experiri volẽs ad flumen cum accessisset securim in aquã deiecit. Deinde flens in ripa cõsedit:cuius mercurius fletus causaz edoctus securim aureã afferẽs si quã perdiderat illa esset quesiuit quã cum suam assereret. Mercurius cognita eius impudẽtia ac mẽdacio nec aureã nec suã sibi tradidit. Sic hominũ probitas a dijs remuneratur improbitas vero semper punitur.



¶ De fure et eius matre.

Qui puerum teneris non castigauit ab annis:
Dat veniam: fiat peior vt ille senex.
Sero conqueritur mores pueri ille malignos:
Qui non/dum potuit/semina honesta dedit.
Quisquis amas natos virtuti incũbere: ab annis
Incipe primeuis: corripe: flecte: doma.

Qui in delinquẽdo ab initio nõ castigat᷑: facinerosior indies effícit᷑: vt per hanc fabulã testat᷑. ¶ Puer quidã e ludo litterario librũ socio suo clam auferens: sue matri tradidit illum. quem mater cum libẽter accepisset nec filium castigasset. Rursus puer alij vestez clam abstulit/matri quoqꝫ dedit quã cum mater iterum libenter acciperet: puer vero castigatiõe carens: cum plura indies ⁊ maiora crescẽtibus annis furaret᷑. Demuz publice captus/ceu furti reus: per questores publice damnatus est morti. sed cum ad locũ iusticie duceret᷑: eumqꝫ mater gemẽdo sequeretur: impetrata venia: vt matri ad aurem vnum verbum loqui valeret: ad eam cõuersus: atqꝫ os auri matris adhibens vti quippiaz secreto dicturus: aurem dẽtibus sibi abscidit. Mater vero pre dolore clamitãs: mala sibi imprecat᷑. Tũc qui eum ducebãt: cum supra modum criminarent᷑: nõ solum furti sed ꝙ tam impius fuerit in matrem: Ille absqꝫ rubore inquit ad eos: Nemini vestrum sit miruz ꝙ aurem matris abscidi. Ipsa enim huius mee perditionis autor est

et causa. quippe si me castigasset cum ei librū detuli quē socio e scholis clam abstuli: omissis pre timore verberū his: ad hoc presens genus turpissime mortis nō deuenissem. ¶ Monet igit hoc dictū a iuuētute et a tenera etate pueros delinquētes esse castigādos.



¶ De pulice.

Nequicia in propria non est malus ipse fouendus
Quāuis delinquat/peccet et ille parum.
Qui medicum excedit/si posset magna patraret.
Ledere nec multum/nec modicum vsqz decet.
Qui delinquenti modicum/indulsisse putabit:
Is dat ei veniam peccet vt ille magis.
Expedit interdum crimine punire pusillum:
Quo timeant multi: sit metus atqz alijs.

Malorum licet parū vel multū delinquāt/ misereri nō oportet. De hoc audi fabulā. ¶ Pulex dum quēdam morsu aliquādo stimulasset: captusqz rogaret: quis nam esset qui mēbra sibi depasceret: Ait se ex eo genere animalium esse quibus a natura datum esset vt eo pacto vitā viuāt: nec eum occidere debere: cum multum mali facere ipse nequeat cuiqz. At homo ille surridens inquit ad eum: Eo magis meis necaberis manibus. quoniam nec multum nec parum abs te quēpiam ledere licet. ¶ Significat hec fabula quod malorum hominum non oportet misereri licet etiam parum delinquant.



¶ De viro et duabus vxoribus.

Infelix penitus non est cui nulla magistra
Vxor adest: illis sepe carere valet.
Non suus est totus: qui deditus est mulieri:
Illa vrens caluat sepius atqz pilat.
Nulla futura videt: tm̄ presentia curat
Vxor: et imperium vult retinere viri.
Gutta frequens cauat vt lapidem repetita: capillos
Sic perdit cunctos cui: pilus vsqz cadit.
Turgentes loculos exhauriet vnus et alter
Nūmus: ab integro parua remota nocent.

Nulla melior salus senibus existit: quam feminis carere legitimis / p̄cipue iunioribus: nisi penitus obrui se velint. De quo audi fabulā. ¶ Tempore veris quo viuentium vires generatiue magis mouent: homo quidā in delitijs educatus / cum nec iuuenis nec senex esset (semicanus enim capillos extitit) duas simul duxit vxores: vnam quidem natu grandem: alteram vero iuniorem. Cumqz sic omnes eandem inhabitarent domū vxor anus vt virum in amorem suum totum pelliceret: quotidie caput eius pertractans. nigros sibi euellebat capillos: vt similis sibi: magis applauderet. Pari studio iunior vt ab anus cōsuetudine illum amoueret: albos eripuit crines. Itaqz postremo ipsum depilauerūt: et caluum atqz ridiculum / nō sine sūmo opprobrio virum red

diderunt. Salus ergo maxima est senibus carere uxoribus: nisi cõtinuis affligi cruciatibus velint et mortiferis.



De agricultore.

Thesaurum ingentem labor assiduus parit: et rem
Militie atqꝫ domi / rureqꝫ multiplicat.
Diues erit raro / vitam qui degit inertem:
Et somno qui se / desidieqꝫ parat.
Nempe labore opus est qui scandere ad ardua rerum
Cogitat: immeritus absqꝫ labore cibus.

Labor assiduus thesaurum parit. De quo audi hãc fabulam. Homo quidam agricultor: cum finem vite sue adesse cognosceret: cupiẽs filios suos in agricultura fieri peritos: vocauit ipsos dicens eis: Filij ego e vita decedo / bona mea in vinea consita sunt omnia. At illi post patris obitum putantes in vinea thesaurum reperire / assumptis ligonibus / marris / ac bidentibus: vineam funditus effodiunt nullũqꝫ thesaurũ inuenerunt. Verũtamen vinea cum ꝓbe effossa foret: longe plus solito fructus ꝓduxit: ⁊ sic illos diuites fecit. Ita significat hec fabula laborẽ assiduum thesaurum parere.

¶ Sequunt fabule Auiani:



¶ De rustica et lupo.

RUstica deflenti puero iurauerat olim
Ni taceat: rapido quod foret esca lupo.
Credulus hanc vocem lupus audijt et manet ille
Peruigil ante fores irrita vota gerens.
Nam lassata puer nimium dat membra quieti:
Spem quoq raptori sustulit inde fames.
Hunc vbi siluarum repetentem lustra suarum
Ieiunum coniunx sensit adesse lupa:
Cur inquit nullam defers de more rapinam:
Languida consumptis sed trahis ora genis:
Ne mireris ait: deceptum fraude maligna
Vix miserum vacua delicuisse fuga.
Nanq predam rogas/que spes contingere posset
Iurgia nutricis cum mihi verba darent.
Hec sibi dicta putat hac se sciat arte notari
Femineam quisquis credidit esse fidem.

RUstica mulier puero suo vagienti minata q̄ nisi cōprimū sileret se daturā illū lupo: idq iureiurādo affirmauerat. Aderat lupus verba audiēs: sed dum puer eiulatu fati-

gatus obdormiuisset: lupus spe frustratus: domum inanis et famelicus rediit. Docet hec fabula: mulierũ iuramentis non semper habendam fidem. Nanq̧ est femina certior vnda fide.



¶ De testudine et auibus.

Pennatis auibus quondam testudo locuta:
Si quis eam volucrum destituisset humo:
Protinus e rubris conchas proferret arenis
Quis precium nitido cortice bacca daret.
Indignans sibimet: tardo quod sedula gressu
Nil ageret toto proficeretq̧ die.
Ast vbi promissis aquilam fallacibus implet:
Expers similem prouida lingua fidem
Et male mercatis dum querit sydera pennis
Occidit infelix alitis vngue fero.
Tunc quoq̧ sublimis iam cum veheretur in astris
Ingemuit: votis hec licuisse suis.
Nam dedit exose post hec documenta quieti:
Non sine supremo magna labore peti.
Sic quicunq̧ noua sublatus laude tumescit:
Fert merito penas dum meliora cupit.

Testudo indignata ꝑ eo ꝙ tardius incederet: volare gestiens: auibus persuasit: ꝙ quecunqꝫ eam in altum duceret: Jlla e conchis suis margaritas essꝫ habitura. Quod audiẽs aquila eam in aera subleuãs deorsuꝫ cadere permisit: vnde testudo collisa: stulti sui voti morte penas dedit. Docet hec fabula quẽlibet cõditiõe sua esse debere cõtentũ: ne dum meliora querit: penas superbi sui conatus luat.



De duobus cancris.

Curua retrocedens dum fert vestigia cancer:
Hispida saxosis terga relisit aquis.
Hunc genitrix facili cupiens procedere gressu:
Talibus alloquijs premonuisse datur.
Non tibi transuersa placeant hec deuia nate:
Rursus in obliquos ne velis ire pedes.
Sed nisu contenta feres vestigia recta
Innocuos prono tramite siste gradus.
Cui natus: faciam: si me precesseris inquit:
Rectaqꝫ monstrantem certius ipse sequar.
Nam stultum nimis est cum tu prauissima tentes.
Alterius censor ꝙ viciosa notes.

Cancer dum retrocedens: gressus suos cõtrario motu dirigere videretur: mater eius indignata monuit illum: ne trãsuerso siue obliquo pede: sed recto incederet calle: Cui filius: faciam inquit mea genitrix perq̃ libenter: si me recto tramite p̃cesseris. Monet hec fabula: alterius notare debere et taxare vicia: qui ipse nõ eodem morbi genere laborat. Ne sibi dicatur: medice cura te ipsum.



De asino et pelle leonis.

Metiri si se quenq̃ decet: proprijsq̃ iuuari
Laudibus/ alterius nec bona ferre sibi.
Ne detracta grauem faciant miracula risum:
Ceperit in solitis cum remeare malis.
Exuuias asinus geruli cum forte leonis
Repperit/ his spolijs induit ora nouis.
Aptauit que suis incongrua tegmina membris:
Et miserum tanto pressit honore caput.
Ast vbi terribilis animo circũstetit horror:
Pigraq̃ presumptus venit in ossa vigor:
Mitibus ille feris communia pabula calcans.
Turbabat pauidas per sua lustra feras:
Rusticus hunc magna postq̃ deprendit ab aure:
Correptum vinclis verberibusq̃ domat.

Et simul abstracta denudans corpora pelle:
Increpat his miserum vocibus ille pecus:
Forsitan ignotos mutato murmure fallis:
Ast mihi qui quondam semper asellus eris.

Leonis pellem cum in via asinus inuenisset mox illam mēbris suis aptauit: seqꝫ leonem simulans: horrorem simul et metum alijs pecudibus incussit: tandem tamen a magistro suo longioris auris indicio agnitus: mentitaqꝫ pelle exutus: vinculis et plagis cōstrictus documentum prebuit ceteris: vnumquēqꝫ naturam suam metiri debere: neqꝫ alterius laudes sibi vsurpare: nam miserum est aliorū incūbere fame. Ne collapsa ruat alienis aula colūnis.



¶ De rana medica: et vulpe.

Ne sibimet quisqꝫ de rebus inaniter vllus
Quod nequit imponat/ista fabella monet.
Edita gurgitibus olim demersa profundo.
Et luteis tantum semper amica vadis:
Ad superos colles/herbosaqꝫ prata recurrens
Mulcebat miseras turgida rana feras.
Callida/quod posset grauibus succurrere morbis:
Et vitam ingenio continuare suo
Nec se phebeo iactat cessisse magistro:
Quamuis perpetuos curet in orbe deos.

Tunc vulpes pecudum ridens astuta quietem:
Verborum vacuam prodidit esse fidem.
Hec dabit egrotis inquit medicamina membris:
Pallida/ceruleus cui notat ora color:

Rana e palude prosiliens: ceteris feris sese medicum fore profitebat. fuitqz verbis eius ab his habita fides: donec vulpis interuentu: vana illius detecta fuisset promissio. Quo pacto enim inquit vulpes: alijs medicamina polliceri rana potest: que ipsa suapte pallida: egritudinem ingenito corporis colore ostendere videtur. Notat hec fabula: ne quis pmittat ea que adimplere nequit. nec sibi peritiã eius rei ascribat: cuius ipse expers tandem et inanis reperitur.



¶ De duobus canibus.

Haud facile est prauis innatum mentibus: vt se
Muneribus dignas: supplicio ve putent.
Forte canis quidam nullis latratibus horrens:
Nec patulis primum ritibus ora trahens:
Mollia/sed pauide submittens verbera caude:
Citius audaci vulnera dente dabat.
Hunc dominus (ne quem pbitas simulata lateret)
Jusserat in rabido gutture ferre nollam.
Faucibus innixis trepidantia subligat ora:
Que facili motu signa cauenda darent.

Hec tamen ille sibi credebat premia ferre:
Et similem turbam despiciebat ouans.
Hunc insultantem senior de plebe: superbum
Aggreditur tali singula voce mouens.
Infelix: cui tanta rapit dementia sensum:
Munera pro meritis si cupis ista dari:
Non hoc virtutis decus ostendatur in ore:
Nequicie testem sed geris ipse nolam.

Canis quidam subdolus: absq aliquo latratu: pretergredientes dẽtibus lacessere solebat: quã ob causaz a domino suo nola in collũ eius suspensa: homines vt ab eo abstinerent cõmonefaciebat. Canis autem ratus nolam ob virtutes suas sibi appositam: vehemẽter exultabat: quo ad a seniore alio catello admonitus: nolam eam esse nequicie sue et viciorꝝ indicium. Docet hec fabula: nõ facile esse viciosis et corruptis hoĩbus intelligere que sibi vel ꝑ premio: vel ꝑ vituperio obueniũt.



De camelo et ioue.

Contentum proprijs sapientem viuere rebus:
Nec cupere alterius: nostra fabella monet.
Indignata cito ne stet fortuna recursu:
Atq ea comminuat que dedit ante rota.

Corporis immensi fertur pecus isse per arua:
  Et magnum precibus sollicitasse iouem:
Turpe nimis cunctis/irridendumq; videri:
  Insignes geminis cornibus ire boues:
Et solum nulla munitum parte camelum
  Abiectum cunctis expositumq; feris.
Jupiter irridens: postq; sperata negauit:
  Insuper et magne sustulit auris onus.
Viue minor mentis cui sors non sufficit inquit
  Et tua perpetuum liuide damna geme.
Nemo nimis cupide sibi res desideret vllas:
  Ne cum plus cupiat/perdat et id quod habet

Verebat camelus omnibus animalibus data esse arma quibus se defenderent: se vero ꝓpterea ab omnibus irrideri ⁊ contēni: quia rebus insignioribus careret. Juppiter indignatus camelum nō stare cōtentum sorte sua: longiores insuper aures suas decurtauit. Docet hec fabula queq; sorte sua esse debere cōtentum. Ne cum ampliora et non sua desideret: etiam que antea habuit amittat.




¶ De duobus socijs.

Montibus ignotis: curiusq; in vallibus/artum
  Cum q; socio quidam suscipiebat iter.

Securus quodcunqꝫ malum fortuna tulisset
Robore collato/posset vterqꝫ pati.
Dumqꝫ iter inceptum vario sermone feruntur:
In mediam preceps peruenit vrsa viam.
Horum alter facili comprehendens robora cursu:
In viridi trepidum fronde pependit onus.
Ille trahens nullo iacuit vestigia gressu
Exanimem fingens: sponte resedit humi.
Continuo cupiens predam fera seua cucurrit
Et miserum curuis vnguibus ante leuat.
Ast ibi concepto riguerunt membra timore
(Nam solitus mentis liquerat ossa calor)
Hunc olidum credens quamuis ieiuna cadauer
Deserit/et lustris conditur vrsa suis.
Sed cum securi paulatim in verba redissent:
Liberior iusto qui fuit ante fugax:
Dic sodes: quid nam trepido tibi retulit vrsa?
Nam secreta tibi/multaqꝫ verba dedit.
Magna quidem docuit/tamen hoc quoqꝫ maxime iussit
(Que misero semper sunt facienda mihi.)
Ne facile alterius repetas consortia dixit:
Rursus ab insana ne capiare fera.

Duobus amicis vna iter facietibus: fit vrsus obuiā: quorum vnus perterritus in arborem scandens latuit. Alter vero cum se imparem vrso fore / et si pugnare vellet superatum iri intelligeret: pcidēs simulabat se mortuū esse Ursus autem adueniens aures ꝛ occipicium olfaciebat. Illum qui stratus iacebat: ꝛ vsqꝫ cōtinentem respirationem/ita mortuū esse credens vrsus abijt. Aiunt enim vrsum nō seuire in cadauer. Mox alter qui inter frondes arboris latuerat descēdens interrogabat amicum: quidnam ad aurem vrsus secum esset locutus? Cui amicus inquit: Admonuit me ne plus hac cum huiusmodi amicis iter faciam Hec fabula innuit deuitādos eos amicos qui periculoso in tempore/ab auxilio prestando reuocant pedem.



De duobus ollis.

Arripiens geminas ripis vndantibus ollas
Insanis pariter flumen agebat aquis.
Sed diuersa duas/ars et natura creauit:
Ere prior fusa est/altera ficta luto.
Dispar erat fragili:solide concordia motus
Incertumq̨ vagus amnis agebat iter.
Ne tamen elisam confringeret erea/testam:
Iurabat solitam longius ire viam.
Illa timens:ne quid leuibus grauiora nocerent:
Et quia nulla leui est cum grauiore fides.
Quamuis securam verbis me feceris inquit:
Non timor exanimo discutiendus erit.
Nam me siue tibi/vel te mihi conferat vnda:
Semper ero ambobus subdita sola malis.
Pauperior caueat sese sociare potenti:
Nam breuis est illi cum meliore fides.

Fluminis inundatio lebetem eneam/simul ꝛ ollam fictilē secū abduxerat.cunq̨ plurimū ꝓ salute sua ex lebetis cōcursu olla sollicita turbaret: lebes iureiurādo affirmauit se nullatenus ei nociturū.Rursus vero olla inq̄t:ego quidem natura fragilis tu vero solida et grauior existens: seu casu/ seu

volūtate me tetigeris me collides: Idcirco turbari nō desinam donec penitus te metuere mihi nō fuerit oportunuz. Docet hec fabula pauperem inepte sociari locupleti: aut fragilem potentiori a quo facile supprimi possit.



De leone: thauro et hirco.

Immensum thaurus fugeret cum forte leonem
Tutaqꝫ desertis quereret antra vijs:
Speluncam repperit: quam tunc hirsutus habebat
Ciniphei ductor qui sole t esse gregis.
Hunc vbi summissa meditantem rumpere fronte
Obuius obliquo terruit ore caper:
Tristis abit: longaqꝫ fugax de valle locutus:
(Nam timor expulsum iurgia ferre vetat)
Non me perterret tua barba oblonga: fugacem
Me facit ille tremor: fortior atqꝫ metus
Qui si discedat: nosces stultissime/ quantum
Discrepat a thauri viribus hircus olens.
Dum cupis illatum tibi me persoluere damnum:
Absqꝫ tuo damno docte caueto fore.

Thaurꝰ quōdā a leone agitatꝰ spelūcā quādā quā hircꝰ inhabitabat accessit: Quē horribile q̄dē fronte caper abegit. Thaurus vero intra semetipm̄ indignabūdus: Nō tua inq̄t putrida ⁊ demissa barba: sed leonis metus in fu-

gam cōcitauit: qui si cessaret: intelligeres o improbe caper: quātū inter capri impetū thauriqꝫ vires interesset. Docet hec fabula afflictis nō esse afflictionē addēdā: sepe etem̄ fortes dum fortiores metuūt: inferioribus ad tempus parcere coacti: tandem iniuriarū memores grauius vlciscuntur.



¶ De simeo et nato.

Iupiter in toto quondam quesiuerat orbe
  Munera natorum quis meliora daret.
Certatim ad regem genus omne ferarum:
  Permixtumqꝫ homini cogitur ire pecus.
Sed neqꝫ squamigeri desunt ad iurgia pisces:
  Vel quicquid volucrum purior aura vehit.
Inter quos trepide ducebant pignora matres:
  Iudicio tanti discutienda dei.
Tunc breuis informem traheret cum simea natum
  Ipsum etiam in risum compulit ire iouem.
Hanc tamen/ante alias/rupit turpissima vocem:
  (Cum genitrix crimen sic abolere cupit:)
Iupiter hoc nouit/mea victoria: nempe
  Iudicio superat omnibus iste meo.
Nolo velis rerum quicqꝫ laudare tuarum:
  Ni sit et alterius laude probata prius.

Sic mos est hominis quicquid sibi fecerit ipse
Uile licet maneat/approbat ipse tamen.

Iuppiter volens experiri quis ex omnibus mortalibus: elegātiores pduceret natos: cuncta cōuocari fecit animātia. Confluit ad Iouis atrium omne pecudū ferarūq₃ genus: Inter quas ꝛ simea duos brachijs suis pferens natos aduenerat. Cunq₃ ꝛ Iouem ꝛ omēs qui aderāt Simea in risum cōmouerat: volens Simea abolere turpitudinis infamiā. Scio inquit/nouitq₃ hoc idem Iuppiter quoniā prestātiores elegātioresq₃ sunt mei nati/omnibus reliquis viuētibus. Laudās vt sic suos natos quos ceteri risui habebāt quo magis irrideret. Docet hec fabula: neminē sese suaq₃ laudare debere: sed verā ab alijs expectare laudem. Sed facit hoc humana stulticia vt nostra nobis plus q̄ alijs placeāt: ꝛmō sepius ppria facta q̄ Simea gnatos suos diligim⁹.



De grue et pauone.

Si quadam virtute nites: non despice quenq₃:
Ex alia quadam forsitan ille nitet.
Traciam volucrem fertur Iunonius ales
Communi sociam forte habuisse cibo.
Ast inter varias fuerat discordia formas:
Magnaq₃ defacili iurgia lite trahunt.
Quod sibi multimode fulgerent membra decore:
Ceruleam facerent liuidā terga gruem.

Et simul erecte circundans tegmina caude
Sparserat archanum rursus in astra iubar.
Ille licet nullo pennarum certat honore:
His tamen insultans vocibus vsus ait.
Quamuis innumeras plumas variauerit ordo
Mersus humi semper florida terga geris.
Ast ego deformi sublimis in aera penna:
Proxima sideribus numinibusq; feror.

Inter pauonem et gruem tametsi cōmunis cōtracta esset mense societas: nō tamen sine iurgijs & litibus vitam agere dispar natura sinebat. Pennarū eteni splendore gemmeoq; nitore pauo exultās gruem cōtempserat. Rursus vero grus pauonis miseriā & abiectionē improperās: qui humi dūtaxat degens: aeris delectabili volatu destitutus esset: Cum ipse inter sydera vsq; euolans: clangore suo ethera demulceret. Docet hec fabula: eum qui vna preditus est virtute q̄tumcūq; magna: nō debere alios contēnere. Eo q̄ varia sunt dona spiritus: nec aliquando virtus maiorē merer laudem q̄ humilitas.



De tigride et venatore.

Venator iaculis nō irrita vulnera torquens
Turbabat pauidas per sua lustra feras.
Tunc pauidis audax cupiens succurrere tigris.
Verbere cōmotas iussit abesse minas.

Ille tamen solito contorquens tela lacerto:
  Nunc tibi qualis eram nuncius ille refert.
Et simul emissum transfigit viscera ferrum
  Perstrinxitqꝫ citos hasta cruenta pedes.
Molliter affixum traheret cum saucia telum:
  A trepida fertur vulpe retenta diu.
Dicqꝫ quis ille foret qui talia vulnera/ferret?
  Aut vbi nam iaculum delituisset agens?
Illa gemens queruloqꝫ loquens vix murmure cepit:
  (Nam solitas voces ira doloꝛqꝫ rapit)
Nulla quidem medio conuenit in aggere forma
  Que quondam oculis sit repetenda meis.
Sed cruoꝛ:et validis in nos directa lacertis
  Ostendunt aliquem tela fuisse virum.
More volant iaculi clamdestina verba nocentis
  Nec prescire palam lederis vnde potes.
Bruta licet soleant animalia cuncta timeri:
  Omnibus est illis plus metuendus homo.

Docet hec fabula neminem contra latentes obtrectatores satis cōfidere posse aut debere. Venatoꝛ enim per deuia nemora telis suis feras ꝑturbās:multas sauciauit: quas consolando tigris eo ꝙ neminem cōspiceret: omnem abesse persuasit metum.doñec ab eodem venatore saucia:cum a vulpe interrogaret:quis nam illi vulnus intulisset? Illa respondit:se neminem quidem vidisse: sed illatum sibi vulnus et sanguinis emanatio indicium prestarent / virum saltem eum fuisse qui tanta mala patrare potuisset.

p



De quattuor bobus.

Quattuor immensis quondam per prata iuuencis
Fertur amicicie tanta fuisse fides:
Ut simul emissos nullus diuelleret horror:
Rursus et a pastu turbe rediret ouans.
Hos quoq3/collatis inter se cornibus ingens
Dicitur in siluis pertimuisse lupus.
Dum metus oblatam prohibet tentare rapinam:
Et coniuratos horret adire boues:
Et quamuis audax factis immanior esset
Thaurorum solis viribus impar erat.
Protinus aggreditur prauis insistere verbis
Collectum cupiens dissociare pecus.
Sed postq3 dictis animos distinxit acerbis:
Inuasit miserum diripuitq3 gregem.
Tunc quidam ex illis/vitam seruare quietam
Qui cupit/ex nostra discere morte potest.
Ne citus admotas verbis fallacibus aures
Impleat/aut veterem deserat arte fidem.

Quattuor iuuenci tanta concordia iuncti erant: vt et egressu suo a stabulis et regressu nusquam abinuicem discederent: sed collatis virib⁹ cūctis aduersantib⁹ resisterēt. Quod vidēs lupus: se videlicet eorum cōgregatiōi et fortitudini imparē fore: verbis subdolis animā eorum dissoluere aggressus: discordiā inter eos seminauit tantaque: vt cum vnum eorum diriperet/ alij id etiā videntes ad hoc dissimularūt: cum vero nouissimū eorum diro iam morsu prehēdisset: Ille ait: nostra exitiali periculo documēta alijs damus ne cito his credant delatoribus: qui inter amicos dissidia seminant: aut veterem amiciciam dissoluere querunt.



De dumo et abiete.

Horrentes dumos/ abies pulcherrima risit:
Cum facerent forme iurgia magna sue.
Indignum referens cunctis certamen haberi
Quos meritis nullus consociaret honor.
Nam mihi deductum surgens in nubila corpus:
Verticis erectas tollit in astra comas.
Puppibus et patulis media cum sede locamur:
In me suspensum explicat aura velum.
Ast tibi deformem que dat spineta figuram
Despectam cuncti preteriere viri.
Ille refert/ nunc leta quidem bona sola fateris:
Et nostris fueris imperiosa malis:

Sed cum te pulchram succidet magna securis:
Quam malles spinas tunc habuisse meas.
Nemo sue carnis nimio letetur honore:
Ne vilis factus post sua damna gemat.
Cum pulcher fueris deformes spernere noli:
Turpia nanque vigent: sepe decora cadunt.

ABies ꝓpe se stantes dumos despectui habẽs: sepius ob iurgari cepit: eo ꝙ nõ equali cuȝ pini floreret honore: ab omnibus quoque ꝑtereũtibus odio ⁊ cõtemptui haberet. Ad quod dumus: quãto inqͥt pulchrior sis ⁊ decora valde: tanto plus insidiarũ pateris: pluresque tuã exoptãtes pulchritudinem: quãprimũ te inimici succident securi: cum ex aduerso nemo sit quẽ ego metuere habeã. Docet hec fabula abiectos ⁊ hũiles a pulchrioribus nõ esse spernẽdos. Nam res est forma fugax. Et qui stat videat ne cadat: quia quãto gradus altior tanto casus decliuior.



De piscatore et pisciculo.

PIscator solitus predam suspendere seta:
Exigui piscis vile trahebat onus.
Sed postque captum superas perduxit ad auras:
Atque auido fixum vulnus ab ore tulit:
Parce precor lachrymis supplex ita dixit abortis:
Tantaque ne nostro corpore damna feras.

Nam me saxosis genitrix fecunda subantris
Fudit/et in proprijs ludere iussit aquis.
Tolle minas/tenerumqꝫ tuis sine crescere mensis:
Hec tibi me rursus litoris ora dabit.
Protinus immensi depastus cerula ponti
Pinguior ad thalamum sponte redibo tuum.
Ille nephas/captum referens absoluere piscem:
Difficiles queritur casibus esse vices.
Nam miserum est inquit: presentem amittere predam:
Stultius et rursum vota futura sequi.
Incerta pro spe non munera certa relinquas:
Et rursus queras forte: nec inuenias.

Piscator q̃dã demissis in mari retibꝰ: extulit smaridẽ pusilli corporis. que piscatorẽ sic obsecrabat. Noli me in p̃sentiarũ capere pusillã et minutã. Sine abire ⁊ crescere: vt postea iam adultu: cõmodo cũ maiori potiaris. Cui piscator. Ego vo amẽs sim si lucrũ qđ inter manꝰ habeo (licꝫ exiguũ) ꝑtermittã: spe futuri boni q̃tũlibet magni. Fabula hec inuit stolidũ esse q̃ ꝓpter spem maioris: rem p̃ñtẽ ⁊ certã licꝫ paruã nõ ãplectit.



De phebo auaro et inuido.
Iuppiter ambiguas hominum prenoscere mentes:
Ad terras phebum misit ab arce poli.

Tunc duo diuersis poscebant munera votis:
  Unus nam cupidus: inuidus alter erat.
His sese medium/ titan scrutatus vtrunque
  Obtulit/ et precibus vt peteretur ait.
Se prestare quidem quodcunque rogauerit vnus:
  Protinus hec alter congeminata feret.
Sed cui longa iecur nequeat satiare cupido:
  Distulit admotas in noua damna preces.
Spem sibi confidens alieno crescere voto:
  Seque ratus solum/ munera ferre duo.
Ille vbi captantem socium sua premia vidit:
  Supplicium proprij corporis optat ouans.
Nam petit extinctis vt lumine degeret vno:
  Alter vt obduplicans viuat vtroque carens.
Tunc sortem sapiens humanam risit apollo:
  Inuidieque malum rettulit ipse ioui.
Qui de prouentis aliorum gaudet iniquis:
  Letior infelix in sua damna ruit.

Iuppiter volens hominum diuersas experiri volũtates: a summo celo apollinem misit. Qui videns duos quorũ vnus quidem auarus: alter vero inuidus erat: optare iussit eos quecunque vellent: se nempe quodcunque expostulasse vnus: alter cõgeminaturum. Uotum suum cupidus spe cõduplicationis in longum distulit. Inuidus vero inuidens suo voto/ socij cõmoditatem duplicari debere: corporis potius supplicium poposcit: sibi videlicet vnum optans erui oculum: quo duplici socius affligeret supplicio. Notat hec fabula inuidie malum: que etiã ꝓprio cum periculo ꝛ pernicie alijs nocere pergit.



¶ De puero flente et fure.

Flens puer extremam putei consedit ad oram:
  Vana superuacuis rictibus ora trahens.
Callidus hunc lachrymis postq̃ fur vidit abortis:
  Que nam tristicie sit modo causa rogat:
Ille sibi abrupti fingens discrimina funis:
  Atq̃ auri queritur dissiluisse cadum.
Nec mora sollicitam traxit manus improba vestem:
  Exutus putei protinus ima petit.
Paruulus exiguo circundans pallia collo:
  Sentibus immersus se procul eripuit.
Sed fur falla ci suscepta pericula voto
  Tristior amissa veste resedit humi.
Dicitur his solers vocem rupisse querelis:
  Et gemitu superos sollicitasse deos:
Perdita (quisquis erit) merito sua pallia flebit:
  Qui putat in liquidis quod natet vrna vadis.
Nemo nimis cupide sibi res desiderat vllas:
  Ne cum plus cupiat perdat et id quod habet.

Puer quidẽ sedens prope puteũ fleuit amare: ad quẽ fur quidã accedẽs causam meroris sui interrogat: cui puer:


funem retulit abruptũ / vrnãq aureã sibi in puteũ decidisse. Fur spe prede illectus: exuto pallio in puteũ sese dimisit. Puer vero mox furis pallio arrepto: in nemus aufugit atq intra sentes delituit. Fur vero damnũ suũ gemens: iure tñ se periclitatũ affirmabat: qui tam facilẽ verbis puerilibus fidẽ habuisset: palliũq suũ spe aliene ignoteq prede exuisset. Docet hec fabula neminem nimis cupide aliena desiderare: ne ⁊ suã que habebat propria amittat.



¶ De leone et capra.

Viderat excelsa pascentem rupe capellam
  Cominus esuriens cum leo ferret iter.
Te precor heus inquit / preruptis ardua saxis
  Linque / nec hirsutis pascua quere iugis.
Sed tritici croceum per prata virentia florem:
  Et glaucas salices: et thima grata pete.
Illa gemens: desiste precor fallaciter inquit
  Securam placidis illaqueare dolis.
Vera licet moneas: maiora pericula tollis:
  Tu tamen his verbis non facis esse fidem.
Nam quamuis rectis constet sententia verbis:
  Suspectam rabidus consiliator habet.
Non citius blandis fallaci credito verbis:
  Sed si sint fidei: prospice quid moneat.

Leo vidẽs in ꝑcelsa rupe pascentẽ capram: aggressus monuit illã relinquere mõtana sterilia et descẽdere in aptos cãpos: vbi floꝝ ꝛ segetis haberi posset copia. Sane inq̃t capella ꝑsuades ſʒ nõ sano corde: mones eñ que delectabilia quidẽ forẽt: sed nequaq̃ȝ salubria aut secura. Monet hec fabula dolosis cõsultoribꝰ nõ esse habendã fidẽ. priusq̃ȝ ꝑspiciẽs fore q̃s fuerit q̃ cõsulit/ ꝛ ꝓpter q̃d. ꝗ̃ quid sit quod ꝑsuadet.



De cornice sitiente.

Argentem sitiens cornix aspexerat vrnam
Que tenuem fundo continuisset aquam:
Hanc enixa diu planis effundere campis:
Scilicet vt nimiam pelleret inde sitim.
Postq̃ȝ nulla viam virtus dedit admouet omnes
Indignata noua calliditate dolos.
Nam breuibus mersis accrescens sponte lapillis
Potanti facilem prebuit vnda viam.
Viribus hec docuit quod sit prudentia maior:
Que ceptum volucris explicuisset opus.

Cornix sitibũda cũ diutius vrnã putei intuita fuisset: illã tñ se haurire nõ posse intelligẽs: calculos plures in vacuã desuꝑ appẽdẽtẽ cõportauit vrnã: donec põdere lapilloꝝ que fõti imersa erat/ aq̃s plena ascẽderet vrna. vñ ꝛ sitim largiter sedauit. Docet hec fabula que viribꝰ ꝑfici nequeãt: arte tñ ꝛ ingenio attẽptãda sunt: arte eñ cadũt turres: arte leuat onus.



De rustico et iuuenco.

Vincla recusanti: dedignantiq; iuuenco
Aspera mordaci subdere colla iugo:
Rusticus obliqua succidens cornua falce.
Credidit insanum defremuisse pecus.
Cautus et immensam ceruicem nectit aratro:
(Nanq; erat hic cornu promptior/atq; pede.)
Scilicet vt longus prohiberet verbera themo:
Ne ve ictus faciles vngula seua daret.
Sed postq; irato detractans vincula collo:
Immeritam vacuo calce fatigat humum:
Continuo versam pedibus dispersit harenam
Quam ferus in domini ora sequentis agit.
Tunc sic informi squalentes puluere crines
Discutiens/imo pectore victus ait.
Nimirum exemplum nature deerat inique:
Qua fieri posset cum ratione nocens.
Huic thauro similes sunt ad bona quiq; rebelles.
Quos nec verba regunt: verbera nec reprimunt.
Vix castigatur cui semita recta negatur:
Quod mala mens didicit perdere vix poterit

Rusticus habẽs thaurũ indomitũ cũctaq3 recusantẽ vinculo/atq3 ꝑinde aratro laboriq3 suo minus vtilẽ. sepeq3 dñm suũ cornibus impetentẽ. Unde iratus rusticus cornua thauri defalcans: aratrũ ceruici eius affixit. Qđ videns thaurus se scilicet cornibꝰ incursare magistrũ suũ nõ posse: pedibus saltem atq3 vngula harenã in faciẽ rustici dispersit. Continuo rusticus fedatus ora ⁊ crines pulueris aspersu: sic inquit heu ꝙ difficile est malignã mutari naturã: qui enim natura rebellis est atq3 indomitus: hic nec verbis neq3 verberibus vllis mãsuescit. Nam mala mens/malus animus.



De viatore et alumno.

Horrida congestis cum staret bruma pruinis:
  Cunctaq3 durato stringeret arua gelu:
Hesit in aduersa nimborum mole viator.
  Perdita nam prohibet semita ferre gradum.
Hunc nemorum custos fertur miseratus: in antro
  Exceptum satyrus continuisse suo.
Quem simul aspiciens ruris miratur alumnus:
  Uimq3 hominis tantam protinus esse pauet.
Nam gelidos artus: vite vt reuocaret in vsum
  Afflatas calide soluerat ore manus.
Sed cum depulso cepisset frigore letus
  Hospitis eximia frugalitate frui.

Nancque illi agrestem cupiens ostendere vitam:
Siluarum referens optima queque dabat.
Obtulit et calido plenum crathera lyeo.
Laxet et infusus frigida membra tepor.
Hic vbi feruentem labijs attingere escam:
Horruit/algenti flauit ab ore sonum.
Obstupuit duplici monstro perterritus hospes:
Expulsum siluis longius ire iubet:
Nolo(ait) vt nostris vnque successeris antris.
Tam diuersa duo qui simul ore geris.
Qui bene proloquitur coram/sed postea praue:
Hic inuisus erit:bina quod ora gerat.

VIr quidam cum satyro amiciciam inierat. Qui cum edendi gratia sederent:exorta celi tempestate ac frigore:vir manus ad os admouens/anhelitu refocillabat. Quod intuens satyrus interrogabat quobrez id faceret. Ille inquit:calore oris algentes manus refocillo. pauloque post calidiore edulio allato: vir iterum ad os manum cum edulio admouens : calorem cibi tenui inspiratione refrigerat. Mox interrogabat satyrus/quobrem et illud faceret. Respondente autem viro:vt refrigeraret edulium. At ego inquit satyrus tecum posthac amiciciam non exercebo/qui ex vno ore et calidum promis et frigiduz. Hec fabula innuit deuitandam eius amiciciam esse: cuius anceps vita est:et non simplex sermo.



¶ De boue et mure.

Ingentem fertur mus quondam paruus oberrans
Ausus ab exiguo ledere dente bouem.
Uerum vbi mordaci confecit vulnera rostro:
Tutus in amfractis conditur ille suis.
Ille licet vasta nimium ceruice minetur:
Non tamen iratus quem petit vsq3 videt.
Hunc indignantem tali sermone fatigans.
Distulit hostiles calliditate minas.
Non quia magna tibi tribuerunt membra parentes
Uiribus effectum constituere tuis.
Disce tamen breuibus que sit fiducia membris:
Et facies quicquid paruula turba cupit.

Mus cū obambulās ingentē cōspexisset bouē ociose in stabulo decūbentē. ausus mordaci illū impetere dente: carnemq3 illius rodere. qd cum bos indignatus egre tulisset nec tñ suū hostem videre potuisset. Ita dixisse fert: Quisquis sis licet parua tibi a natura deputata sūt mēbra: nō tñ omnino impotētia. Tu saltē hoc disce: vt parua tua mēbra inter paruos exerceas: ne a maiori dephēsus dāna grauiora sustineas.



¶ De ansere et domino suo.

Anser erat quondam generoso germine feta:
Oua q̄ in nidis aurea sepe daret.

Contulit hanc volucri legem natura superbe:
Ne liceat pariter munera ferre duo.
Sed dominus cupidum metuens vanescere votum:
Non tulit exosas in sua lucra moras
Grande ratus precium volucris de morte referre.
Qui tam continuo munere diues erat.
Postq̃ nuda minax egit in viscera ferrum:
Et vacuam solitis fetibus esse videt.
Ingemuit/tanto deceptus crimine fraudis:
Nam penam meritis rettulit ille suis.
Sic quicunq̃ deos vno male tempore poscunt.
Justius his etiam vota diurna negant.

IMpulit inexplebis auaricia hominē quendaꝫ cui anser singula oua aurea ꝓtulerat inuestigare anseris exta: arbitratus illa solido auro compacta: occisoq̃ ansere stercoribus plena/ intestina eius repperit. Docet hec fabula: nihil satis festinātí cupiditati etiā tandē nō modo ambita sed ꝛ ꝑhabita in irritū cadere. Eosq̃ qui intempestiuis votis superos exagitāt: etiā oportuno tempore illoꝝ suffragio destitui.



De simea: et gemino suo.

NAma est quod geminum profundens simea partum:
Diuidit in varias pignora nata vices.

Nancꝫ vnum caro genitrix educit amore:
Alterius odijs consaturata tumet.
Ceperat ad fetam grauior terrere tumultus:
Dissimili natos conditione rapit.
Dilectum manibus et pectore gestat amato:
Contemptum dorso suscipiente leuat.
Sed cum lassatis nequeat consistere plantis
Oppositum fugiens sponte remisit onus.
Alter ab hirsuto circundans brachia collo
Heret et inuita cum genitrice fugit.
Mox quoqꝫ dilecti succedit in oscula fratris.
Seruatis vetulis vnicus heres auis.
Sic multos neglecta iuuant: atqꝫ ordine verso
Spes humiles rursus in meliora trahit.

Simea duos habens natos: vnum quidem plurimum diligebat: alium vero cōtemptui habebat. Facto autem canum incursu: simea eum quem diligebat natum brachijs alterum vero dorso impositū obduxerat. Cum vero pondere natorū et brachia et manus matris deficerent: dilectum sibi natum in terram cadētem a canibus lacerari permisit. Altero qui proprijs manibus matris collo firmus herebat incolumi abducto. Cepitqꝫ idem cum solus esset ⁊ in eo spes sufficiende gregis consisteret et matre vehementer insuetoqꝫ amore diligi. Docet hec fabula/multis prodesse alioꝝ pericula/instabilemqꝫ fortune rotam: plerosqꝫ in terram delapsos humiliatosqꝫ in locum vix speratū subleuare.



¶ De nube nimbo et olla.

Impulsos ventis et pressa nube coactus
Imperat hibernis se grauis imber aquis.
Cunqꝫ per effusas stagnaret turbine terras:
Expositum campis fictile pressit opus.
Mobile nanqꝫ lutum tepidus prius instruit aer:
Discat vt admoto rectius igne coqui.
Tunc nimbus fragilis perquirit nomina teste:
Immemor illa sui/amphora dicor ait.
Nam me docta manus giro rapiente voluta
Molliter obliquum iussit habere latus.
Hactenus hac inquit liceat constare figura:
Nam te subiectam diluet imber aquis.
Et simul accepto violentius amne fatiscens
Protinus in liquidis ficta cucurrit aquis.
Infelix que magna sibi cognomina sumens:
Ausa pharetratis nubibus ista loqui.
Nec poterunt miseros post hac exempla mouere.
Subsint nobilibus:ne sua facta gemant.

Olla quedã a figulo nouiter cõpacta: vt aere palatim siccaretur relicta erat in cãpo. facto autẽ nymboꝝ cõcursu/ aquarũqꝫ ex tempestate inundatiõe exorta: Interrogata a nymbo olla quo noĩe vocaret: Illa nimis elata: sese amphorã vocari arrogãter asseruit. Ad quã nymbus parceret tibi pfecto inqt si olla fores: verũ quia amphora es: aqꝫ cõtraria: te mecũ abducã. Et simul impetu flumis facto ollã abduxit: atqꝫ inter aquas cõminuit. Infelix: quẽ cum prestãtius sibi nomẽ vsurpãdo: nymbũ sese terrere existimabat: potẽtioris aduersarij furorẽ meruit et indignationez. Discant itaqꝫ hac fabula inferiores sese cognoscere: neqꝫ noĩa sibi indigna pergant imponere: ne a potẽtioribus depssi: vsurpati nois emulatiõe depereãt. Qui habet aures audiẽdi audiat.



De lupo et hedo.

Forte lupum melior cursu deluserat hedus:
    Proxima vicinis dum petit arua casis.
Inde fugam/recto tendens in menia cursu:
    Inter lanigeras constitit ille greges.
Impiger hunc raptor/mediamqꝫ secutus in vrbem:
    Tentat compositis sollicitare dolis.
Nonne vidis inquit: cunctis vt victima templis
    Immeritam seua morte cruentat humum.
Quod nisi securo pergas te reddere campo.
    Heu mihi mactata tu quoqꝫ fronte cades.

Jlle refert: modo quam metuis precor exue curam:
Et tecum viles improbe tolle minas.
Nam malo sacrum diuis fudisse cruorem.
Quam rabido fauces exsaturare lupo.
Sic quotiens duplici subeunt tristissima casu:
Expedit insignem promeruisse necem.

Hedus quidā in cāpo/ lupuz cursus celeritate ꝑuerterat: seqꝫ in vrbē inter ouilia recipiebat. Quē lupus in mediā vsqꝫ vrbē insecut⁹: qḋ cursu nō potuit: dolis obtinere cogitans. hedo ꝑsuasit: nō esse manēdū in vrbib⁹: vbi singulis tēplis oues ad victimaz mactarent. Tutius itaqꝫ fore in campis degere ꝙ̄ intra vrbē tanta pericula expectare. Ad quē agnus: quā curam ꝓ salute mea geris: precor illā depone. Malo em̄ in templis cruorē meū libare superis: ꝙ̄ in campo lupis. Docet hec fabula: hominem natura mortalē: eam saltē mortē ꝑferre debere ⁊ eligere: que prestātiori salubrioriqꝫ claudit exitu. Satius est em̄ dei amore mortem subire: ꝙ̄ inter prauos ꝑiculosqꝫ huius seculi calles viuere.



¶ Hortatio prima Ad sapientiā ⁊ verā amiciciā ex Adelfonso.

TE docet elogium presens sapienter amicos
Deligere: electos et retinere diu.
Jlle etenim verus/ bonus et perfectus amicus
Cuius idem nolle est: vellequ semper idem.
Proqꝫ suo mortem qui non exhorret amico:
Fertqꝫ tibi (mundus dum fugit) auxilium.

ARabs lucania dixit filio suo. Ne sit vnq̄ formica sapientior te: que in estate cōgregat: vt vnde viuat in hieme habeat. Nec gallus sit vigilantior te: qui in matutinis vigilat dum tu dormis. Nec sit ipse gallus fortior te: qui nouem vxores iustificat: vt saltem tu vnicā bene regere queas. Sit nec canis corde suo nobilior qui beneficiorꝫ semper est memor. at tu scito obliuisceris. Nec videatur tibi parum aliquem inimicum habere nec nimium mille tibi esse amicos. Et iterum Arabs moriturus vocato filio suo ait: Dic fili mi quot dum vixisti tibi amicos quesieras? Respōdit filius (vt arbitror) centū. Dixit pater: Ne laudes aliquē esse amicū donec ꝓbaueris illuz. Ego enim prior natu sum: ꝛ vnius medietatem vix mihi acquisiui. quomodo ergo tu centuz acquisisti? stude ergo ꝓbare omnes: vt agnoscas si quis verus sit tibi amicus. At filius: Et quomodo ꝓbauero cōsule. Dixit pater: Vitulum interfectū/ frustratim incisum in sacco repone/ quē ꝛ forinsecus in sanguine fedato ad amicū deferas: ac hominē dicito te interfecisse. Rogaq; illum vt intuitu vestre amicicie hunc celet. atq; sepeliēdo abscōdat. Nam ꝛ ipse sine suspitiōe id possit facere: Et eius tu saluari possis opere. Fecit filius vti pater cōsuluit. Primus autem amicus ad quem venit. ait illi: Festina deportādo id corpus mortuū: Si male egisti: lue penam/ domum enim meam nō intrabis. Cum autem hoc modo singulos suos probaret amicos/ cōsimile responsum a cūctis recepit. At ille ad patrem rediens/ omnia que facta erant sibi nūciauit. Ait pater illi: Vera esse ꝓbasti que ait philosophus: Multi nomine amici sunt: sed in necessitate pauci ꝓbant̄. Vade ergo ad dimidium amicū meū/ ꝛ proba quid tibi dicat. Iuitq;/ et sicut alijs dixerat ita ꝛ sibi. At ille: Intra inquit domū: nam id secretū vicinis manifestari nō cōuenit. Iussit ergo vxorem cum omni familia domum exire/ dehinc foueā in loco magis occulto fodit pro sepeliendo mortuo. Dum autem omnia essent parata: tunc filius semiamico patris rem omnem detexit: ꝛ quo facta ordine aperuit. Gratiasq; agens recessit: ac patri suo semiamici verba ꝛ gesta retulit. Cui pater dixit: de tali amico philosophus loquit̄ dicēs: Hic est vere amicus qui te adiuuat dum tibi seculū deficit. Dixit filius patri: Vidisti ne hominez qui sibi integrū amicū lucratus fuerit. Non vidi sed audiui. Narra ergo filius ait mi pater: si forte aliquādo talem mihi acq̄rere possez. At pater relatū est mihi de duobus mercatoribus quorꝫ vnus erat in egypto: alter in baldach: seque mutuo cognouerūt solo auditu: et per nūcios ꝛ scripta mercabant̄. Contigit autem vt is qui erat baldach: negociando iret in egyptum. Egyptius vero audito amici aduentu/ letus occurrit ei: recepitq; illum hilari vultu in domū suam: eiq; (vt amicorum mos est) seruiuit diebus septem. atq; illi domus sue omnē ostendit amenitatē. Diebus itaq; septem finitis: egrotare hospes cepit. qd̄ dn̄s domus grauiter ferens de suo amico/ omnes

totius:egypti medicos adijt/adduxitq meliores: vt amico hospiti subueniret. Medici vero tacto pulsu: vrinaq iterum & iterū cōspecta: nullā in eo corporis egritudinē percipere potuerūt: sed animo dixerūt ipsuz laborare/nam amore captus erat/ & cupidinis flāma incēsus. Hoc dum agnosceret amicus: ipsum adijt: & si qua esset domus mulier cuius amore foret incensus quesiuit / ac cōfidenter sibi pandere hortabat. Ad hec eger ait: Ostende ergo mihi omnes domus tue mulieres: si forte inter illas videā hanc quaz diligit anima mea: & ego tibi dicam. Ille vero statim adduci fecit omnes cantatrices & pedissequas domus totius: sed nulla sibi placuit/ post has omnes filias/nec inter illas erat quā diligeret. Erat autem domi puella quam dominus diu educauerat: vt morem sibi gerere disceret: ac ipse eam duceret vxorē: quā etiā illi ostēderat. qua visa: statim eger dixit: Ex hac mihi aut vita aut mors. Hoc audito statim hāc puellā nobilem ac pulcherrimā amico dedit vxorem: cum omni dote quam ipse fuisset ab ea suscepturus. At ille peracta negociatione sua/ cum nupta redijt in patriā. Contigit autē postea: vt egyptius omnia sua bona multis & varijs amitteret modis: & pauper effectus: cogitauit ad eundū esse amicū baldach: cui aliquādo bene fecerat vt sui misereret. Iter ergo semi nudus & famelicus arripiēs: baldach in tēpeste noctis silentio peruenit/ obstat autē pudor ne domum amici statim intraret: quia nudus & obscenus erat / ne forte incognitus/ tali tempore a domo pelleret. Intrauit ergo templū ad quod casu venerat/animo illic pernoctandi. Sed cum sibi annixius animo multa secum volueret: occurrerūt ei duo viri ꝓpe templū in ciuitate/ vnus qui alium interfecit & clam aufugit. Ciues autem strepitum audientes/dum interfectum viderunt hominem: decurrunt hincinde vt occisorem capiant: sed neminem preter egyptium repererūt. Hunc captum interrogant. Num ipse hunc necauerat? qui suam paupertatē et malam fortunam cupiens saltem morte finiri. ait: Ego feci: Capitur itaq ac per noctem illaz in carcerem ponitur. Mane itaq facto producitur ante iudices: & morte condemnatus ducitur ad crucem. Multi ergo sententie executionem videre cupientes accurrunt/inter quos etiam amicus ille fuerat: propter quam captus ille/ Baldach ierat. Et acutius eum intuens: nouit aduenā peregrinū/ hunc esse amicum quem in egypto nuper reliquerat/ Memor autem beneficiorum que ab ipso receperat. Ac intime cogitans beneficia accepta remunerari debere in vita: cum post mortem vix sint retribuēda: animo ita decreuit/pro amico mortem velle subire. Clamauit ergo voce magna: O iniqui iudices/quid innocentem condemnatis? quo nam ducitis? mortem enim nō meruit: ego nāq reus delicti virum interfeci. Illi itaq iniecerūt manus in eum et ligatum duxerūt ad crucem/ absoluentes egyptum. Verus autem homicida hec intuens: reuoluit animo crimen suum ac fidem amicorū considerans/

quomodo hi tam libnetes alter ꝑ altero mori velit: decreuit iustius fore se mori nocentem: quã illoꝝ aliquem sine culpa iniuste perire: et voce magna clamauit dicens: Audite iudices audite: vere deus iudex iustus: scelus aliquod impunitũ nõ dimittit. ne ergo deus scelus hoc in futuro puniat in me durius: huius me fateor esse reum criminis: pro hoc ergo delicto ego reus sumam penam/ hunc ergo dimittite innoxium: sed me condẽnate reum. Judices autem non parum admirantes. Hunc quoq ligarunt: ⁊ de iudicio iam dubitãtes: omnes tres simul ad regis cõspectum duxerũt: ⁊ omnia sibi referentes ordine quo facta erant: ipsum quoq dubitare fecerũt: At tandẽ cõmuni omniũ cõsilio: crimen homicide quod sponte fuerat confessus sibi remittebat. ⁊ sic omnes tres fuerũt dimissi. Causis cur alter pro altero mortẽ subiturus se obtulerit expositis: ⁊ sic absoluti abierũt Indigena vero qui pro amico mori decreuerat/ amicum suũ in domum duxit. At illi ait: Si mecũ manere volueris/ omnia (sicut amicos decet) nobis erunt cõmunia. sin autẽ/ omnia que mea sunt equa lance partiamur. At ille natalis soli dulcedine irretitus partem totius substantie quam ei obtulerat recepit: et in patriam rediit. His relatis a patre: filius dicere cepit/ Pater mi: talem amicum vix habiturum spero.



¶ De fidei cõmissa pecunia. Exhortatio secunda.

Sepe fidem querunt hominum pro tempore amici:
Sed rara est adeo/ paruaq vbiq fides.
Expedit idcirco fraudem depellere fraude:
Perfidieq artem carpere ab arte noua.

DUm quidã hispanus iret mecham: venit in egyptuz: qui deserta terre intrare volens raptores timuit: ac pecuniaz homini fidedigno/ potius seruandã vsqꝫ ad sui reditum deliberabat cõmittere/ ꝙ fortune. Uidit autẽ hominem antiqua fide ac ꝓbitate ab omnibus laudatũ/ cuius fidei viginti talenta argẽti cõmisit. Deinde iuit in egyptũ: ꝛ sua (vt melius potuit) agenda ꝯfecit. Postea rediens depositum repetiuit ab illo cuius fidei cõmisit. Ille ꝑfecto plenus fraude negauit depositũ: dicẽs se hominem istum nunꝙ vidisse. At hispanus abibat tristis querẽs eius comites qui secũ venerant: ꝛ quid acturus esset ab eis quesiuit: nam ille negaret depositũ cui cõmiserat. Audientes vero comites/ ac illius vicini: nequaꝙ ipsum negare depositũ crediderũt. Ipsum fore probissimũ narrantes. Quare die quadam hispanus ille virum accedit blandiendo sibi / si forte blandimẽtis posset ipsum ad solutionem inducere. sed deceptor ille magis negabat: execrando: ac nisi a petitione cesset tristia sibi minatur. His auditis hispanus tristior recessit/ redeũdo vero obuiabat ei vetula habitu religioso vestita: que baculo fragiles artus suos sustentabat. Uidensqꝫ hominẽ peregrinum turbatum: interrogauit animo gemẽtem/ et misericordia mota vocauit eum. ꝛ quid ei euenerit aduersi quesiuit? At ille bono ordine omnia narrauit anui. quibus auditis vetula ait: Si vera sũt que narras: bono sis animo/ nam tibi cõferam auxilium. At ille: Quomodo id fieri potest inquit? Illa dixit: Adducito mihi hominẽ cõpatriotam tibi/ cuius fidei te possis cõmittere. Cui adducto vetula precepit: vt cophinos quattuor a parte exteriori ornate depictos et preciosos argento et feris bene formatos disponeret: eosqꝫ lapillis impleret minutis/ deinde ordinari iussit aduenas aliquos q̃ cophinos ad domum deceptoris deferrent/ singuli vnus post alium: fingentes se illos velle sue fidei cõmittere. Et dum illi domum intrauerint offerentes cophinos: tu sequere restitutionẽ depositi petiturus et deo fauente sortieris finem optatum. Ille omnia perfecit quẽadmodum vetula iusserat. Dum autem intraret socius ille decepti hominis: cum his qui cophinos deferrẽt: iuit simul cum illo anus hec vetula: dixerũtqꝫ deceptori: Domine hic sunt mercatores de hispania ferẽtes thesauros de gẽmis ꝛ auro ꝓciosos valde/ modo volentes ire in mecham: qui tuã fidẽ obsecrãt: vt eis cophinos illos quattuor vsqꝫ ad ipsoꝝ reditũ velis custodire: nã latrones deserti timẽt quare ipsos secũ nõ audẽt deferre. Rogamus simul cum ipsis vt intuitu nostri eoꝝ annuas ꝓcibus. Et cum te hominẽ bonũ ac fidelem agnoscamus: speramus te id nobis nõ posse denegare. Et huius depositiõis alter nemo nisi tu solus sis cõscius. Illis sic inter se loquẽtibus ac cophinos deferẽtibus / superuenit ille prius defraudatus pauper: vt vetula iusserat petens ab eo depositũ. Deceptor autem hunc videns cuius prius celauerat aurum/ timuit ne malam fidem

illis faceret: que quattuor cophinos preciosos attulerũt/ statim vl-
tro illi dixit. Amice cur tantum tardasti/ nõ petens pecuniam apud
me depositam. nam amplius me tedet illã custodire. simul iussitq; si-
bi illam afferri. Timuit nanq; si depositum negaret: q; illi presentes
qui se auri thesauros dixerũt deponere: minus sue fidei clinodia ip-
sa cõmitterent. Dum autem anus videret pauperi sua bona fore re-
stituta: abijt & homini doloso cophinos cum lapillis cõmisit/ nec re-
dijt vt reddi postularet: cum pauperẽ suo liberasset ingenio/ ab ho-
mine iniquo et doloso.



Tertia. Subtilis inuẽtio sentẽtie in obscura causa depositi olei.

Quod pupillorum ditantur sanguine auari:
Resq; dolo rapiunt: hoc docet elogium.
Sed sapiens leuiter fraudes presentit iniquas
Prauorq; dolos callet/ et insidias.
Digne igitur iusti (qui rari prorsus) amantur
Causidici: quorum iura petuntur ope.
Illi etenim causas obscuraq; facta clientum
Pandunt: expediunt: in meliusq; vehunt.

Accidit vt moriturus quidã: nihil filio suo hereditatis pre-
ter domum relinqueret: qui cum durissimis manuũ labo-
ribus victum cum sibi quereret sepius fame premebatur:
nec tamen domum voluit vendere: Nam ob amorem pa-
rentũ vt illorum semper esset memor: voluit potius penuriam habere:
quam paternã vendere hereditatem. Quidam autem vicinus eius

cuius cupiditatẽ magne diuitie nõ satiabãt: animo solers/cogitauit quomodo siue iuste siue dolose pueri illi⁹ domũ habere posset. Nec desistere voluit priusq̃ illã acq̃reret. Qd puer cõsiderãs q̃tum potuit eius familiaritatẽ fugit/ne icautus dolo caperet. Diues ille de hoc cõtristatus tandẽ puerũ cõuenit. Et ait: Heus vicine puer/rogo te vt modicã mihi partẽ curie tue debito casu velis locare: vbi fodeã locũ ꝑ decẽ tenellis olei deponẽdis: ꝛ tue cõmittã custodie/nec tibi obesse poterit: sꝫ ex hoc recipies comodũ. His v̾bis puer inductus domũ locauit licet inuitus/nec dolũ ꝓcogitauit. Abeũte autẽ puero: diues ille terrã suffodi iussit: ꝛ q̃nq̃ tenellos semi plenos olei et q̃nq̃ plenos sub terra recõdit. De hinc iuueni vocato claues domus sibi reddit quas prius ab ipso receperat. ꝛ ait: O iuuenis oleũ meũ tibi cõmitto ꝛ in tuã trado custodiã: ꝛ simul ipsũ saluũ viuere optãs recessit. Juuenis simplex nõ suspicatus dolũ: credẽs omnes decẽ tenellos fore plenos/in suã recepit custodiã. Tempore ꝓcedẽte dum imineret olei caristia: diues ille ait puero: Ueni vt oleũ tue fidei cõmissum extrahamus: ꝛ premiũ laboris cum debito censu recipies. Cui iuuenis annuit. vocatis aũt emptorib⁹/q̃nq̃ tenellos semiplenos inuenerũt cum q̃nq̃ plenis. Qd vidẽs diues ille vẽditor dolosus. ait puero: Amice me de oleo tue fideicõmisso defraudasti/ideo peto mihi ablatũ restitui. Juuenis negans fraudẽ: vocatus in ius ꝛ accusatus corã iudice: oleũ sibi cõmissũ esse nõ negauit/attñ se criminis sciens innoxiũ/terminũ deliberãdi vt questioni responderet a iudice petiuit: vt fraudem posset ꝓpellere. Accepto itaq̃ termino philosophũ quendã virũ bonũ ꝛ religiosum: pauperũ aduocatum accessit: humiliq̃ prece ab eo petiuit cum cõsilio auxiliũ. omnemq̃ causam sibi exposuit. sacramẽto firmãdo ipm̃ fore iniuste accusatũ. philosophus audita iuuenis sinceritate misericordia motus sibi ait: Fili bono sis animo tibi succurrã. nanq̃ veritas fraudi preferet. Die vero ꝓximo sequẽte iuridico: Juuenis cum philosopho venit ad iudiciũ/qui ꝛ iudici assessor a rege erat ꝯstitutus. Dum vero acta partiũ fuissent audita: ait rex philosopho: Uolo tibi causam cõmittere vt illã iusta sentẽtia decernas. Cui obsequẽs philosoph⁹ ait: Homo ille diues est et bone fame: neq̃ putãdum est quod q̃cq̃ petat sibi restitui quod nõ amiserit. et credendũ est hunc pauperem prius nulla infamie macula notatũ: nihil olei abstulisse: vt autẽ veritas liqueat: mensuret oleum purum quinq̃ tenelloꝝ plenoꝝ. Deinde ipsoꝝ feces in speciali expost mensurent etiam vasa semiplena: similiter ꝛ eoꝝ feces. et cõsideret si feces semiplenoꝝ/sint equales fecibus plenoꝝ. et si sic fuerit sufficienter ꝓbatum: estimo ablatũ esse oleum. Si autẽ tantũ medietas fuerit fecum semiplenoꝝ ad alias feces plenoꝝ vasoꝝ. accusatus erit absoluẽdus. De hac sententia iuuenis cõtentus: egit gratias philosopho: ꝛ a diuitis impetitiõe absolutus recessit.



¶ Sententia quarta De pecunia inuenta.

Nil melius cunctis: q̄ iuris habere peritos:
Qui dubios nodos ingenio expediunt.
Stare diu/ mundusq̄ regi/ sine iure peritis
Non posset: tanta est perfida nequitia.
Idcirco leges statuit deus optimus autor:
Et iussit claros has decorare viros.
Optimus est igitur iuriscōsultus: honorem
Et res et vitam: seruat ab interitu.

Quidam diues deambulādo per ciuitatē: sacculū cū mille florenis perdidit in via/ quē pauper quidā inuenit ac domi deportauit: vxoriq̄ custodie tradidit/ que gauisa: ait Qd venit ad me nō etiā foras: si dn̄s dedit custodiamus Die sequēte publicatū est per ciuitatē quendā amisisse mille aureos quos si quis inuenerit: restituat: ⁊ centū habebit aureos infallenter Pauper hoc audiēs dixit vxori. reddamus inuentū ⁊ absq̄ peccato habebimus aureos centū : qui iuste acquisiti plus ꝓderūt quam mille malo titulo retēti. Et q̄uis vxor modis omnibus ꝓhiberet ne restitueret/ nihilominus pauper aurū reddidit ac salariū statutum et ꝓmissum expetijt aureos scilicz centum. Diues vero dolosus ait pauperi: Amice nō totum qd̄ inuenisti mihi traditū est/ nam absunt adhuc aurei quadraginti / quos mihi restitue ⁊ salarium tibi ꝓmissum p̄stabo. Pauper vero se nihil amplius iuenisse dicebat. Illi vero diu inter se disceptabāt: ⁊ tandē causa deuoluit ad regē. pecunia

vero deponit. Rex autē ꝓ causa decidēda vocauit quendā philosophū qui miseroꝝ auxiliū vocabat. Audita vero accusatiōe ⁊ responsione: philosophus pietate motus vocauit pauperē ⁊ ait: Dic vere si q̄d homis illius amplius habes: an totū restituisti? Ad hec paup Scit deus inq̄t ꝙ reddidi totuz qđ repperi. Tūc philosophus ait: Iste homo diues est magne fidei: ⁊ multa testimōia adducit: nec credendū est ipm q̄cq̄ȝ velle petere qđ nō amisisset: neqȝ sibi iure debere tur. Cum ergo fide firmet se mille quadringētos ꝑdidisse: credendū est sibi. Ex alia parte: ⁊ pauper iste bone est fame: cui etiā est fidēdū totū reddidisse qđ inuenerit: nam id fide firmauit. Fero ergo domie rex talem sententiā. Tu rex mille florenos seruabis: de quibus pauperi huic centū tribuas. nam hi mille aurei hu⁹ diuitis nō sunt. cum fide firmauerit mille quadringētos se perdidisse. Et cum ille venerit qui mille ꝑdidit/ huic residuos restitue. Quod si quis venerit q̄ mille quadringētos restituat: illi dentur diuiti. Hec sentētia placuit regi ac omnibus astātibus. Tunc diues penitēs fraudis: quia dānuȝ sensit/ regis gratiā expetiuit ⁊ ait: O rex bone parce ⁊ miserere mei nam verba loquar: fateor dolum: sed certe hi floreni mille mei sunt quos ꝑdidi: sed pauperē fraudare volui/ ne centū aureos sibi ꝓmissos darem. Rogo ergo dn̄e rex/ delictū meum mihi velis remittere: cum cognitū tibi fecerim. Rex vero misertus sui: aurū sibi reddidit: et pauperi centuȝ florenos tribuit. Hoc modo pauper iste a dolosa diuitis impetitiōe/ adiutorio philosophi est liberatus.



¶ Argumētū. v. De fide triū socioꝝ ⁊ fraude panis.

Fraude dolos alijs meditatur sepe malignus:
At proprio capitur/ deperit atqȝ dolo.

Dignum igitur stultis ionathe sentire sagittas
Retrogradas: alios cum quibus alliciunt.
Qui foueam socio parat atq; intrudere in illam:
Cogitat hunc: in eam decidit ille prior
A quo procedit fraus sepe reuerberat ipsum
Fallacem fallax: sepius illaqueat.

SEpe homo in eam cadit foueam quam alteri preparauit: vt illud indicat argumentū. Socijs tribus (duobus burgensibus ꝛ tertio rustico) causa: deuotionis in mech euntibus defecerat cibus in via: quia nō plus farine ipsis supererat: nisi qua vnum panem paruum possent cōficere. Burgēses dolosi/ hoc videntes adinuicem dixerunt/ paruum habemus panez et hic noster socius vorax est/ opus igitur erit inuenire moduz quo nos duo soli hoc pane vescamur. Pane itaq; inpiscato: dum in furnum cocture ponitur: duo isti burgenses modum defraudandi rusticum querentes: insimul dixerūt: Dormiamus omnes: ꝛ qui mirabilius viderit somnium: hic solus isto pane vtatur. Pacto inito: omnes quasi dormirent iacuerunt. Rusticus autem fraudem sociorum intelligens: panem semicoctū extraxit: ꝛ solus totum comedit: ꝛ iterum quasi dormiret decubuit. Alter autem burgensium statim post quasi mirabili somnio pterritus/ impetuose surrexit. Cui socius dixit: Cur terreris? At ille: quia mirabile vidi somniū. Videbat nāq; mihi duos angelos apertis celi portis me ante tronum dei perducere summo cum gaudio. Cui socius ait: mirabile est somniū quod vidisti. sed audi si meum sit mirabilius. Nam mihi visum est duos angelos me per terram fissam ad infernum ducere. Rusticus vero fingens se dormire: totum illud audiuit. sed burgēses rusticū decipere volentes: ipsum vt vigilaret alloquunt. Rusticus vero callide quasi perterritus respōdit: Qui sunt qui me vocant? At illi: socij tui sumus. Rusticus ait: Et quomodo redijstis? Illi respōderūt: Nos tamen nusq; abscessimus: cur queris reditum? At rusticus: Visum est nanq; mihi duos angelos/ alterum de vobis celi portis apertis ante deum ducere. alterū vero ad infernū terra dehiscēte p duos angelos alios vidi cōduci. His visis putaui neutrū de vobis redíturū: Ideo surrexi et panem totum solus comedi. Argumentū hoc indicat sepe aliquē in foueā cadere quam alteri fecerat.



¶ De auicula et rustico.

Non est cunctorum verbis/licet vsq; benignis
Melliflui aut dicto semper habenda fides.
Que tua sunt: cura solerti/opera atq; fideli
Conseruare velis/ne cito depereant.
Perdita si fuerit res quam reparare nequibis:
Non doleas nimium: perdita sitq; sinas.
Has qui doctrinas ternas tenet: hic sapienter
Viuet: et aduerso sepe dolore caret.

Rusticus q̄dā virgultū habuit amenissimū/cuz limpidis defluētib⁹ riuulis: herbisq; ⁊ florib⁹ valde ornatū: quare aues illud frequēti⁹ inhabitabāt. Quadā ꝟo die/fessus labore/vt animū recrearet virgultū intrauit: ac sub pomo arbore cōsedit: supra quā auis minima cātauit dulcissime: cuius cantū tam delectabilē cum rusticus audiret: eaz laqueo decepit ⁊ captam tenuit. Cui auis dixit: Cur tantū laborasti vt me caperes: cum nullū cōmodū de me capta possis cōsequi? Cui rusticus: Jdeo te cepi ait: vt cātus tuus dulcis: meū delectet animū. Cui auicula: Jnuacuū laborasti: quia nec prece nec precio tibi cātabo. At ille ⁊ nisi cātaueris te comedā. At auis: Et quomodo me comedes? si in aquam me decoxeris/bolus sum minimus: quem deglutiēdo vix senties. si me assaueris: adhuc minor ero ⁊ magis hispida. At si me volare dimiseris: magnam vtilitatē ex me cōsequeris. nam tibi tres dabo sapientie doctrinas. quas plus quam trium vitulorū carnibus ama-

bis. Dum vero illud auis rustico pmitteret/eaz ipse r misit auolare Cui auis ait: Sit ergo prima doctrina: vt nō credas omnibus dictis signāter illis q̄ verisimilia nō sunt. Secunda: qd tuū est serua. Tertia: de rebus perditis: quas recuperare nō potes: dolere nō debes. His dictis auis arborē ascēdit: et dulcissimo cantu cecinit orationē illā: Benedictus deus qui huius aucupis sensus obūbrauit: et prudentiā eius abstulit: ne manibus tangeret: nec oculis videret: ne vexationē pciperet: lapidē iacinctū vnius vncie ponderis quē in meis gero visceribus. nam hoc inuento ipse mire ditatus fuisset: et ego viuus nō euasissem. Rusticus hoc audito: maxime turbatus pre dolore penitēs fleuit et mestus ait: Ve mihi qꝛ verbis auicule dolose crediderim: et quā habui nō fuaui. At auis: O fatue: cur cruciaris animo? Es ne tam scito salubris doctrine quā tibi tradidi oblitus? putas ne auiculā tam paruā/que tota vix dragmā pōderat: vnius vncie hiacinctū in suis portare viscerib9. Nunqd tibi dixi: his que verisimilia nō sunt: credere nō debes: et si tuus fuisset cur nō seruasti? et si amisisses et recupare nō potes / quare doleres cōtra doctrinas tibi a me traditas/quibus dictis deriso rustico: auis recessit.



¶ Argumentū. vij. De dictatore et gibboso.

Grandia qui modico vitare pericula damno
Possit: difficiles nō velit esse diu.
Incidit interdum grauiora pericula/parua
Dum sufferre (licet sint tolerāda) negat.
Expedit o fili tibi sustinuisse minora:
Quam dum cuncta fugis/pessima queqꝫ feras.

Apiens filio suo ait: Dum in aliquo grauatus fueris: et paruo liberari possis: noli differre: sed quãto citi⁹ possis te libera: ne magis graueris. De quo est tale argumentũ Quidã eutrapelus versificator regi carmina laudis obtulit: quẽ ob eius meritũ volens remunerare ait: Quid petis dono tibi ꝓ mercede dari. At ille: Domine rex peto vt me ianitorẽ tue ciuitatis facies per mẽsem: hac cõditiõe/ vt quicũqꝫ defectuosus corpore transeat/ ꝓ quolibet suo defectu denariũ soluat: siue hec sit gibbus/ scabies) impetigo/ defectus oculi: siue quicũqꝫ alter huic similis. Hoc rex cõcessit: cõcessumqꝫ suo sigillo firmauit. Cũqꝫ ipse ianitor porte assideret/ peragens suũ officium: transiuit pontem/ volẽs portam intrare quidã gibbosus: baculũ baiulans: a quo ianitor denariũ petiuit/ quia gibbosus esset. qui cũ dare renueret: ianitor vim inferens/ capiti cappam detraxit. at ipsum cum videret monoculuꝫ ait/ duos iam solues denarios/ etenim monoculus es. Renuenti duos dare denarios birrum capiti detraxit: viditqꝫ ipsum scabiosum/ ei ait: Iam tres solues denarios cum duos nolles soluere: nam ⁊ tu scabiosus es. Quos cum vi vellet ab ipso recipere: vim vi repellere voluit gibbosus: ⁊ nudans brachia petiginem ostẽdit: visa itaqꝫ petigine ianitor quattuor denarios expetiuit iure sibi deberi. Quos cum habere vellet/ gibbosus vero sibi dare renueret: certamen inierunt: ⁊ cum luctando in terrã caderent/ gibbosus herniosum se ostẽdit: quare quinqꝫ denarios soluit coactus: qui vnum dare recusauit pacifice. Te ergo periculo ꝙ nimio possis actutum velis redimere: ne maius incidas periculum.




¶ Argumentū. viij. De ouibus et fabulatore.

Si cui longa placet recitari fabula: nostram
Hanc legat: vt somnum discat inire leuem.
Qui dormire nequit: nisi fabula longa conatur:
Hic curas versat absq; labore graues.
Cui labor assiduus lassauit membra manusq;
Is dormit: nec ei multa referre opus est.

Discipulus quidam delectatus in plurima fabularum recitatione: petiuit magistrum vt longam sibi referret fabulam. Cui magister ait: Caue ne nobis cōtingat sicuti quōdam inter regem ⁊ suum fabulatorem euenit. Discipulus ait: Doctor bone dic quid hoc sit? Magister inquit: Rex quidā fabulatorem habuit: qui singulis vicibus dum rex quiesceret: quinq; fabulis eius animum recreauit. Contigit autem vt idem rex quadaȝ nocte nimijs curis sollicitus dormire nō posset: ac plures solito desiderauit audire fabulas. Fabulator vero alias tres recitauit fabulas sed breues. Cui rex: Perbreues recitasti fabulas: vellem vnam audire longam deinde te dormire permittam. Concessit fabulator ⁊ talem narrare cepit fabulam. Erat rusticus quidā/ qui mille libras denariorum habuit/ hic in negociationē proficiscens: comparauit bis mille oues: singulas media libra. ipso autem a nundinis recedente: tam magne fiebant aque vt nec per vadū nec per pontem oues possent transire. Abijt itaq; sollicitus querens modum quo suas oues trans torrentem posset ducere. Tandem inuenit nauiculam paruaȝ que nō nisi ouem vnam cum rustico posset traducere: ⁊ in necessitate duas: ⁊ ita etiam incepit oues transfretare duas et duas. his dictis fabulator incepit dormire. Rex vero illū excitans a somno: vt fabulam finiret orauit. Cui fabulator: Domine rex torrens iste magnus est/ nauicula vero parua: qua nisi vna vel due oues / vice vna possunt traduci: et ouium multitudo magna / permitte rusticum prius oues suas transducere: ⁊ postea fabulam quam incepi ad finem perducam.



De lupo rustico vulpe et caseo.




Tultior est stulto qui se seductus inani
Pro certo incertum querit et assequitur.
Quod certum/hoc melius/q̄uis minus esse videtur:
Nempe incerta solent fallere sepe fidem.
Qui sibi spem nūmis emit: is malus emptor habetur:
Mercari volet non nimis ille diu.

Rat quidam arator cuius boues vix dirigi potuerūt vt arando recto incessu ꝓficerent: quibus sepe arator dixit: vtinā lupi vos comedāt/quoniā oblique inceditis. Lupus hoc audiens: die tota expectauit quādo boues sibi traderent/sed dum dies declinaret: lupus vidit se frustra expectasse nam arator boues a iugo soluit ⁊ versus domū pepulit. Cui lupus O arator hodie sepe ꝓmisisti mihi tradere boues: q̄d saltē iam obseruabis. Cui arator dixit: verbo generali ꝓmisi quod non obligat: neq̄ sacramēto firmaui. At lupus ait: Non abilis nisi serues fidem Tandē cum diu cōtenderent: cōcordauerūt in arbitrū. Quibus iudicem querētibus: obuiauit vulpecula. que ait: Quo tēditis? At illi narrauerūt vulpi oēm rem quomodo gesta fuerat. At illa frustra aliū queritis iudicē/nam hāc causam optime inter vos decidā. Loquar tñ prius cuilibet vestrū aliqua ad partē vt facilius vos cōponam: ⁊ si placeāt que loquar cōcedite: sin autē/ causā ad iudicē deferte. Illis ꝯsentiētibus: primū loquebat aratori vulpis dicēs. Tu dabis mihi gallinā vnā ⁊ alterā meo ꝯiugi: ⁊ seruabis boues tuos illesos. Cumq̄ arator assensisset. dixit lupo ad partem: Amice ꝓpter

precedētia tua merita: locutus sū pro te tm̄: vt rusticus det tibi pro tua impeditiōe caseū magnū et bonū: et dimittes boues suos illesos. Cōcessit itidē hoc lupus. vulpes vero iussit abire aratorē cum bobus. Dixitq lupo/ tu mecū ibis et ducā te ad locū vbi caseū inuenies electū. duxitq lupū hicinde per varia loca vsq dū luna esset exorta. Demū ad quendā puteū venit: et stans sup eo: lunā lupo in puteo radios reflectentē ostendit. et ait: Ecce amice caseū quā magnū et bonū: descende ergo et ipsum affer. At lupus: O frater: tu prior descēde: et si solus caseū (quia magnus est) portare nō queas/ ego te iuuabo. Vulpes cōsensit quia dolosa. Erant autē vrceoli pro aqua hauriēda chorda sic alligati: vt duz vnus ascēderet: alter descēderet. Vulpes vero dum vnum itraret vrceolū: statim descēdit in puteū/ ibiq diutius morā faciēti. Dixit lupus: cur tm̄ stas? cur nō affers caseū? suspicabat em̄ vulpē caseū solam velle comedere. Cui vulpes ait: pre magnitudine sola caseū nō valeo deferre. sed tu alterū intra vrceolū et descēdēs adiuua me. Lupus aūt intrās: quia grauior erat vulpe: descēdēdo aliū fecit vrceolū cū vulpe ascēdere. De quo vulpes gauisa: dum ad os putei perueniret exiliuit et recessit: ac lupū in puteo dimisit. Et ita lupus quia pro futuro bono incerto: dimissuz p̄sens certius boues cū caseo pdidit: noli ergo certius pro incerto relinquere.



Argumentū. x. De iuuencula quadā et eius proco.



SI quis nequitiam mundi perquirere curet:
Audiat antiquam discutiat vel anum.
Femina sit queuis q̄uis mala/ callida/ vafra:
At vetula in primis que solet esse mala.

Illa docet natas/bene respondere maritis:

Et nihil est quod non perficere audet anus.

Mercator quidā pficiscēs mercatū: socrui sue cōmisit vxorem seruādā pudice. Uxor vero iuuēcula: quēdā iuuenē matre psentiēte adamauit/cōtinuoqꝫ paratus venit iuuenis: simbolūqꝫ dedit letus. his aūt trib⁹ simul epulātib⁹: veniēs marit⁹: dom⁹ ianuā pulsauit. Cū vero locus refugij nō esset proco quo abscōderet: statim anus gladiū nudū arripiēs: illū iuueni cōmisit: sibiqꝫ pcepit vt circa hostiū dom⁹ stās cū gladio eleuato: se plagas minantē oñderet: ꝛ si qd marit⁹ ab ipso quereret: ei nō respōderet: fecit iuuenis vt anus iusserat. Interim vxor p chordā tractū repagulū hostio dom⁹ detraxit: ac ianuā patefecit. Marit⁹ ꝟo dum illū sic stare vidit/substitit: ꝛ qs inqt tu es: quo nihil respōdēte stupid⁹ magis extimuit. At vetula hec audiēs: Tace care gener inqt tace ne qs te audiat. Ille vero magis admirās, ait: Effare cara dña effare qd hoc sit: At illa fili dilecte: huc venerūt tres viri illū psequētes: ꝛ nos illū cum gladio huc aufugere pmisimus (nam hostiū casu fuerat apertū) donec isti descenderēt qui illū conabant occidere. qui nunc timens te vnū esse ex illis stupefactus/ nihil respōdit. Cui maritus: O qꝫ bene actum est/hunc a morte vestra opera esse liberatū. Et introiēs salutauit eius riualē: sibiqꝫ hūc letū voluit assidere: eūqꝫ alloquijs dulcibus delinitū/noctu dimisit exire.



¶ Argumentū. xj. De anu seducēte mulierē castā cum canicula.



Si plerumqꝫ domi mulier resideret honesta:

Seruaret castam se magis atqꝫ probam.

Nempe domum egrediens mulier sibi causa pudoris
Sepius est lesi/dat quoqꝫ amori aditum.
Sic etiam auscultans vetularum spurcida verba
Ducitur in laqueum:dum mala/iusta putat.
Femina que vetulas suadentes audit amice:
Illa manere potest non bene casta diu.
Improba anus/sceleris mediatrix/demone peior.
Multa facit:demon que nequit efficere.

Quidam nobilis ꝓgenie habuit vxorem castā ꝫ pulchrāqꝫ valde:qui cum deuotionis causa romam ire vellet/alium custodem preter eam ipsam noluit vxori sue deputare:approbatis suis confisus moribus. Postq̄ vero abijt:vxor caste viuendo in omnibus bene agens remansit. Accidit autē die quadam vt incūbente negocio/domum suam exire cogeretur. negocio vero profecto/reditum festinans:a quodam iuuene visa est: qui tam ardenti animo eam cepit adamare/vt nisi sui haberet vsum:visus est mori. Ipsa autem nec a pluribus interpellata nuncijs/dona plurima offerrentibus voluit eius precibus cō descendere. Ipse vero cum se penitus spretum videret/tanto dolore grauatur: vt validam incideret infirmitatem. Attamen eger iuuenis/ vt potuit circa domum amate mulieris sepius deambulabat tristis ꝛ dolens/nonnunq̄ etiam lachrymas profundens. Cui itaqꝫ turbato: anus quedam obuiauit/facie habituqꝫ honesta religionē ostentans:que causam tanti meroris ab eo quesiuit. Sed noluit iuuenis secretum amoris anui reuelare. Ait anus: Eger non volens medico suum morbum propalare:grauius egrotabit. Tunc iuuenis per ordinem singula vt acta sunt anui manifestauit. Insuper consilium cum auxilio ab ipsa expetiuit. Cui anus dixit: Confortare mente mi iuuenis / in breui (ni faller) potieris optatis:et eo relicta ad propria redijt:et catellam quam domi habebat diebus tribus absqꝫ cibo dimisit. Deinde hanc famelicam pane cum sinapi in pasto cibauit / que statim ob sinapis acuitatem incepit lachrymari. Hanc itaqꝫ lachrymantem anus in domum mulieris pudice secum adduxit : que ab ipsa leto vultu honorifice est suscepta. nam quia religionē ꝫ anus simulabat/ ideo non paruipendebat mulier ab ipsa visitari. Interloquendum vero dum mulier ista continentissima caniculam videret lachrymantem/causam lachrymarum quesiuit? At anus dolos cudens ait: O amica charissima/meos nolo renouare dolores: causas lachrymarū huius canicule inuestigādo. Nam quotiens rememoror/meus tali dolore affligeret animus: vt forte priusq̄ sermonē posset finire/ vita deficeret. sed dum amplius mulier rogando visitaret : cum flebili

gestu anus sic est exorsa. Hec quam vides canicula mea erat filia di lectissima: et heu heu nimis casta decoraque valde. quam quidam iuuenis tanto amoris igne exardebat vt nihil supra. At ipse spretus ab ea: atque ob eius continentiam omnino respuitus/ nimio dolore affectatus in mortalem incidit egritudinem. Cuius dij miserti: meam filiam dilectam ob eius culpam (quia huius iuuenis flebiles preces noluit exaudire) in hanc quam vides semper flentem mutarunt caniculam. Hec retulit anus: simulans animo tristi vix sibi illa narrasse nimio pre dolore. Ad hec mulier ait: O charissima quam magnũ mihi incussisti metum: et que ad hec loquar nescio/ nam similis delicti me consciam esse fateor. Iuuenis enim quidam tam ardenter me impetijt: vt ob meum amorem videretur emori. sed ob reuerentiam castitatis: et propter dilectionem mariti mei charissimi: eius preces omnino spreui. Cui anus ait: Consulo tibi ergo amica charissima: vt quam cito possis eius preces exaudias: vt te saluare queas/ ne in aliam formam muteris/ quẽadmodum filia mea est mutata. At mulier inquit: Cauebo certe/ ne dijs cõtraria/ si me impetierit amplius sibi amoris officia denegem. Et si non petet sibi vltro me offeram si posset inueniri. At anus valedicens mulieri abiuit: et iuueni letum nunciauit agressum/ amantem copulauit amice: gratiamque meruit amborum.



¶ Argumentum. xij. De ceco et eius vxore improba.

Equoris vndosi citius numerabis harenas:
Et stipulas pinguis fertilis atque soli:

Quam fraudes animo possis memorare dolosqꝫ
Pectore quos versat femina queqꝫ mala.
Si volet illa virum cecum facit: huncqꝫ videntem
Continuo et mutum/cum volet efficiet

Cecus erat quidã vxorem habens pornatam: qui cum cruciatu mentis castitatẽ sue vxoris obseruabat (zelotypus nanqꝫ fuerat). Accidit autem die quodam vt in horto sederent ameno prope arborem pirum/ vxori vero volenti arborem ascendere vt pira legeret: cecus assensit/ ne tantum quis alter vir ipsam accederet: brachijs suis stipitem arboris amplectit. erat autem arbor ramosa: in qua priusqꝫ vxor ascenderet/ Juuenis quidam se absconderat: mulieris expectans aduentum. Conueniũt itaqꝫ leti amplexantur se/ figunt basia. Cunqꝫ iuuenis importunius amplexando: ramos cõmoueret: audit cecus strepitus amboruꝫ: ac dolens exclamat: O mulier iniquissima/ licet visu caream: auditus tamen ⁊ discursus in me sunt intensores: vt sentiam tibi astare adulterum. Conqueror igitur hoc nephandissimum scelus Joui summo deo/ qui gaudio tristium corda potest afficere: ⁊ lumẽ cecis restituere. His dictis simul ceco reddita lux est: ⁊ suspiciẽs in arborem: adulterum vidit: exclamatqꝫ subito: O mulier falsissima: cur has mihi cudis fraudes: cum te bonaꝫ castamqꝫ crediderim? Ue mihi quia letum diem tecum amplius nõ peruixero. Mulier vero audiens maritum ipsam increpantem. licet primo parũper territa/ alacri tamen vultu/ cito fraude inuenta/ respondit marito ⁊ exclamans ait: Gratias ago dijs deabusqꝫ omnibus/ qui preces meas exaudierũt ⁊ visum restituerũt marito meo charissimo. Nam coniunx dilecte. scias te videre ex opera ⁊ precibus meis. Cum enim vsqꝫ huc multa inuanum expenderem phisicis: orationibus institi deorum/ vt saluum te facerent ac visum tibi restituerent. Tandem deum mercurius iouis supremi iussu mihi in somno apparuit dicens: Si ascendas in arborem pirum et veneris ludum cum iuuene perficias: marito tuo lux pristina restituetur. quod ego nunc perfeci vt te sanarem. Munera ergo mihi debes ob tale meritum / cum tibi visum iam restituerim. Cecus vxoris dolo ⁊ fraudibus fidem adhibuit: ac nephas omẽ remisit: et muneribus ipsam recõciliat/ quasi corruptam inique et inuoluntarie.



¶ Argumentũ.xiij. De astutia vxoris cuiusdã vineatoris.

Quotiens ad opus durum/manuumqꝫ mariti
Sudorem pergunt/corpora fessa premunt:
Cum medio coniunx sua tempore chara/pudendum
Et fedum veneris sedula tractat opus.
Deinde virum verbis venientem mulcet iniquis:
Et castam fingit se nimis atqꝫ bonam.
Dumqꝫ viro magis atqꝫ magis se monstrat amicam:
Fallere eum tanto cogitat illa magis.

Mulieres dolose citissime fraudes ꝛ mendacia excogitare sciunt: de quo audi hoc argumentũ. ¶ Perrexit quidaꝫ rusticus vt suam vindemiaret vineam: vxor illud vidẽs putabat ipsum circa vineam (vt solebat) diutius moraturum: ꝛ misso nuncio: suum vocabat amicum. quem venientem dapibus ꝛ potu bene refecit: vt veneri fortius valeret obsequi. Accidit autẽ vt maritus a ramo vitis in oculo percussus/ vt nihil de illo videret/ cito domum rediret/ ꝛ hostium pulsaret. Qđ intelligẽs vxor nimiũ territa: amicũ abscõdit in camera/ deinde marito aperuit hostium. qui intrans: grauiter pro oculo tristis ꝛ dolens: camerã iussit parari ei lectũ sterni vt posset quiescere. Timuit aũt vxor ne intrãs maritus amicũ latitãtẽ videret. dixitqꝫ illi: Cur tm̃ festinas ad lectũ dic tñ prius qđ obsit tibi: quare sic turberis aio? Ille vero totũ qđ sibi acciderat vxori narrauit. At illa ꝑmitte inq̃t cõiunx amãtissime/ vt oculũ tuũ sanũ confirmẽ arte mea q̃ cito: ne a leso inficiaꝫ: vt fre-

quenter solet accidere. ne vt cõtagione mei etiã ledant oculi: qđ dānum: nõ dubito tam grauiter ferres vt ꝓpriũ. cum nobis cõmunia sunt oĩa. Maritus vxori fidẽ dedit. Ipsa vero sanũ oculũ carmẽ fingẽs/ ꝓprio ore cooperuit: ⁊ calido afflatu tam diu fouebat: quousq; amicus eius abscõditus/ viro nesciẽte discederet. quo facto mulier ait: Amplius vir mi securus es: ne ille tuus oculus sanus ab egro cõtagionẽ patiat/ iã secure potes si placet ad lectũ trãsire. Hac dolosa astutia citissime inuẽta: vir deceptus procũ dimisit abire.



Argumentũ. xiiij. De vxore mercatoris et eius socru.

Turpius in mundo nihil est q̃ femina iniqua
Et vetula/ expertum nouit enim omne nefas.
Filiolam inde docet maternis ambulet illa
Gressibus: et faciat quod vetula ipsa nequit.
Heu q̃ difficile est castam retinere maritam:
Cui mater/ doctrix vlla relicta domi est.

Anus quedã paratissima fraudibus: nec filie ꝓprie castitatẽ seruare voluit: vt ex sequentibus accipit. Mercator quidã peregre ꝓficiscens: vxorem/ socrus sue cõmisit custodie. Illa vero iuuẽcula iuuenẽ quendã aliũ adamauit ardenter/ matriq; eius amorem nõ abscondit. Que cõsentiẽs/ procum vocari ꝑmisit: ac vna cõuiuari cepit. Quodã vero die illis epulantibus: superuenit maritus ac ostium pulsauit/ ⁊ mulier territa procum abscõdit. Deinde hostium aperuit. Maritus vero statim dum intraret/ lectũ sibi sterni (nam fessus erat) vt quiescere posset p̃cepit.

Turbata mulier qd ageret dubitauit/nam ppe lectū procus stabat abscōditus. dum vero eius mater vetula/filiā videret dubiā: ait illi ne festines filia lectū parare donec mōstrem⁹ marito lintheū qd fecimus. simulqꝫ lintheū distēdit vetula ab vno cornu: ꝛ quātū potuit in altū sustulit/ aliud vero cornu filie subleuādū dedit/ sicqꝫ mariti oculus obūbrauit tam diu: quousqꝫ procus exiuit: et ita delusus est bonus iste maritus. Post hec vetula filie dixit: Extēde nūc lintheū sup lecto/ qd nostris manib⁹ cōtextū est ꝛ cōsutū. Quib⁹ maritus ait: Et vos benedicamini que hui⁹ artis estis tam expte. At ille: Scimus ꝛ alio multo pulchriora: que si cupias videre: cito pbauimus/ hoc modo deceptus lecto strato lassus quieuit.



De muliere puerū parientem gratia diuina.

Ne puerum anniculum redeunti ostenderit vxor
 Forte viro/peregre cum venit ille domum
Gratia ei nimium diuina fuisse benigna
 Creditur: absenti prolificando viro.
Femina sepe viro natos parit improba tales
 Quos peperisse virum/tollere et vsqꝫ pudet.
Sed dedit hoc donum pietas diuina maritis
 Vt credant pueros quoslibet esse suos.

Caietani qui e plebe sunt: vt plurimū nauigio victū querūt. Nauclerus itaqꝫ ex his admodū pauper/cū ad varia loca/lucri causa/ relicta domi vxore iuuēcula ꝛ tenui supellectili nauigasset: post quintū ferme ānū redijt/ ꝛ ex

naui euestigio ad visendã vxorem pficiscit: que interim (viri reditũ desperãs) cum alio cõsueuerat habitari. domũ itaq ingressus: cum eam maiori ex parte instauratã/in meliusq auctã vidisset. quesiuit: admiratus vxorẽ quõ domũcula antea informis adeo esset ppolita Respõdit mulier: sibi in ea re/eius q oibus fert opem dei grãz auxiliũ fuisse. Benedicat vir inqt deus p tãto suo bñficio erga nos. Uidẽs insup cubiculũ: lectũq ornatiorẽ/reliquãq supellectilẽ mũdã. vltra q ferret vxoris cõditio / cum pcũctatus esset vnde illa quoq peruenissent: τ dei indulgẽtiã sibi subministrasse asseruit. Grãs iteruz vir deo egit: q tam liberalis in se fuisset. Eodẽ modo τ alijs qbusdã que noua domi᷒ τ insueta videbant cõspectis/ cũ largitoris dei munificentiã/vxor affuisse diceret: vir tam pfusam erga se dei grãm admiraret/superuenit puer triẽnis: blãdiens (vt mos est pueroꝝ) matri sue. Conspicãti hũc marito: simulq sciscitãti qsnã puer esset: Uxor rñdit: meus est puer. Stupenti querẽtiq viro vnde se absente puer peruenisset/ dei quoq in eo acqrendo sibi astitisse gratiã mulier affirmauit. Tum vir indignat᷒/diuinã grãz in pcreãdis filijs adeo exuberasse. Malas inqt deo grãs habeo τ ago: qui tot cogitatiões susceperit de meis rebus. Uisum est etẽm hoi huic deũ nimiũ fuisse curiosum: qui τ de cõparãdis se absente liberis cogitauerit.



Aucupij et venatiõis studium sũma est amentia.

NOn solum amentes: sed et insani/et furiati
Sunt qui venantur semper vbiq feras.
Impensas/operas/damna/ampla pericla/labores
Exigit in primis res ea vana nimis.

PLures colloquebant̃ de superuacuã cura (ne dicam stulticia) eoꝝ qui canes ⁊ accipitres ad aucupiũ alunt. Tum paulus quidam florẽtinus. Ecce hos inquit risit stultus quondam mediolanẽsis. Cumq̄ narrari fabulam posceremus/fuit inquit olim ciuis mediolani dementium atq̄ insanioꝝ medicus: qui ad se delatos: infra certum tempus sanãdos suscipiebat. Erat autem curatio huiusmodi / habebat enim domi aream et in ea lacunaꝫ aque fetide ⁊ obscene: in quã nudos ad palum ligabat eos qui insani adducebant̃. Aliquos vsq̄ ad genua / quosdam inguetenus/nõnullos ꝓfundius: pro insanie modo: ac eos tamdiu aqua et inedia macerabat: quo ad viderent̃ sani. Allatus autem est inter ceteros quidam / quem vsq̄ ad femur posuit in aquam: qui post quindecim dies cepit resipiscere ⁊ curatorem rogare vt ex aqua educeretur. Ille hominem exemit a cruciatu/ ea tamen cõditione ne aream egrederet̃. Cui cum diebus aliquot paruisset: ⁊ vniuersaꝫ domũ perambularet/ ita vt exteriorem ianuam non egrederetur permisit/ reliquis saucijs qui plures erant in aqua relictis/ paruit diligenter medici mandatis: stans aliquando super hostium (neq̄ enim egredi audebat timore lacune) aduenientẽ vidit iuuenem equestrem/ cum accipitre ⁊ duobus canibus ex his qui sagaces dicunt̃/quem aduocauit/ rei motus nouitate/ neq̄ eni que antea viderat/ tenebat memoriam. Cum itaq̄ accessisset iuuenis. Heus tu inq̄t ille: ausculta (oro) me paucis: ac si libet responde: Hoc quo veheris quid est: ⁊ quam ob rem illud tenes? Equus est inquit: ⁊ aucupij gratia. Tum deinceps hoc vero quod manu gestas quid vocat̃? Accipiter ait: Et aucupio aptus/ querquedularũ aut perdicũ. Tunc alter Hi qui te comitantur qui sunt ⁊ quid tibi ꝓsunt? Canes inquit ⁊ aucupio accomodati ad inuestigãdas aues: he autem aues quarum causa tot res paras: quanti sunt precij si in vnum cõferas totius anni capturam? parum quid nescio cum respondisset: et ꝙ sex aut forte quattuor aureos nõ excederet. Subdit homo: Que nam est equi canumq̄ ⁊ accipitris impensa? Quinquaginta aureoꝝ affirmauit. Tum admiratus stulticiaꝫ equestris iuuenis: Hoho inquit: Abi hinc otius oro/ atq̄ adeo auola: anteq̄ noster medicus domũ redeat. Nam si te hic compererit/ veluti insanissimum omnium qui viuant/ in lacunã suã te coniciet curandũ cum alijs mente captis/ atq̄ vltra omnes vsq̄ ad mentum in aquam summam collocabit. Ostendit aucupij porro studium sũmam esse amentiam. nisi aliquando ⁊ ab opulentis/ ⁊ exercitij gratia illud fiat.




De monstris aliquibus.

Mira volens varijs portenta videre figuris
Quid presens monstret picta tabella legat.
Plura tamen si quis fors perspexisse laboret:
Inferius quedam protenus inueniet
Perlegat hic etiam que carmina condidit olim
Brant: quibus inueniet tempore monstra suo.

Monstra aliqua visa sunt. M.cccc.xxvij. Senis. nam Hugo medicorum princeps cattũ vidit bicipitẽ/ vitulũ bicipitem: et in agro paduano multi viderũt vnico corpore/ posterioribus anterioribusque cruribus duplicatis: ita tñ vt essent cõiuncta. In piceno agro bos quidã serpentẽ peperit mire magnitudinis/ erat enĩ capite grossiori: quẽ sicut caput vituli/ collo oblongo ad mensurã vlne/ corpore cani similis/ cauda terete et longiori/ hũc editũ cũ bos cõuersa respexisset: magno quoque mugitu emisso exterrita an fugere vellet se ostendit. Erectus autẽ serpẽs. subito posterioribus cruribus cauda circũdatis: ad vbera os admouit/ tam diu suggẽs quo ad lac inerat vberibus. Deinde boue relicta ad siluas vicinas aufugit/ vbera vero et ea cruriũ pars quã serpẽs cauda tetigerat postmodũ veluti adusta nigraque diutius permansit. hoc pastores (nam in armento bos erat) se vidisse affirmauerũt/ bouem quoque vitulum postea peperisse/ Idque ex litteris ferariam nunciatum est. Aliam insuper constat allatam esse Ferariam ymaginem

monstri marini: Corpore hũano vsq ad vmbilicũ / deinceps piscis erat ita vt inferior pars que in piscẽ desinebat esse bifurcata / barba erat ꝓfusa: duob⁹ tanq̃ cornib⁹ sup auriculas eminẽtib⁹ / grossioribus mãmis: ore lato: manib⁹ vsq ad asellã: atq ad ymũ ventrẽ ale pisciũ ꝓtẽdebãt q̃bus adnabat. Captũq mõstrũ hoc pacto ferebãt. Erant q̃plures femine lauãtes iuxta litus lineos pãnos: ad vnã earũ accedẽs piscis / cibi (vt aiũt) causa: mulierẽ manib⁹ cõprehẽdẽs ad se trahere conat⁹ est. Illa reluctãs (erat eñ aqua minus ꝓfũda) Accurrẽtes ꝯo q̃nq nũero mulieres: monstrũ (neq eñ in aquã regredi poterat) fustib⁹ ac lapidib⁹ ꝑimũt. qd̃ in litus abstractũ: haud paruũ terrorẽ aspiciẽtib⁹ ꝓbuit. Erat ei corpis magnitudo paulo lõgior amplior q forma hoĩs. hoc mõstrũ cibi gr̃a mulierẽ cepisse: fuerũt argumẽto. Pueri nõnulli q̃ cũ diuersis tẽporib⁹ ad litus lauãdi causa accessissent: nusq postea reuersi sunt: quos postmodũ ab eo monstro captos assũptosq crediderũt. Id quoq vera relatiõe eoꝝ qui viderãt adijcimus: mulierẽ quãdã enixã esse partũ forme humane bicipitẽ / scapula ten⁹: facieb⁹ altera in aliã respiciẽtib⁹ / brachijs quasi mutuo amplexãtiũ / corpore fere cõtinuo: at inferiori ꝑte corporis diuiso manifesta talis apparuit: vt generatiõis mẽbra sibi viderent etiã a parte vtriusq sexus discreta: aliud versuz in aliud. Deinde reliqua duoꝝ mẽbra idiuiduoꝝ vsq ad pedes manifeste distinguebant: hoc sũmi põtificis ꝑcepto est delatũ Romã.





De episcopo / sacerdote et eius cane.

Resbyter insano dilexit amore catellam

Quam vita functam cõtumulauit humi.

Huic presul penam dum vult indicere dignam:
Hanc nūmis redimit presbyter atqȝ dolis.

SUmmus multipotēs loca sacrata violata p se etiā absqȝ ceremonijs recōciliat. De quo hāc facetiā animaduerte. In tuscia sacerdos quidā erat rusticanus: sed admoduȝ opulētus: hic caniculū sibi charissimū cum mortuus esset sepeliuit in cimiterio. Sensit hec episcopus ꝛ in eius pecuniā animū intendens / sacerdotē veluti maximi criminis reum ad se puniendū vocauit. Sacerdos qui animū episcopi satis nouerat: centū aureos secum deferens ad episcopū venit / qui sepulturā canis grauius accusans: iussit sacerdotem ad carceres duci. Hic vir sagax: O presul inq̄t deuotissime: si nosceres qua prudētia caniculus iste fuerat preditus: nō mirareris si sepulturā in homines meruerit: fuit em̄ plusqȝ ingenio humano: tum in vita: tum i mortis articulo vsus. Quid nā hoc est ait episcopus: Testamentū inquit sacerdos in fine vite condens. sciens nūc vrgentē egestatē tuā: centū aureos tibi ex testamēto reliq̄t: quos iam mecū detuli. Tunc episcopꝰ ꝛ testamētū ꝛ sepulturā approbās: accepta pecunia sacerdotem absoluit.



75

De vulpe et gallo.

QUaliter illudit fraudem fraus: nostra fabella
Hec docet: atqȝ dolum cōminuisse dolo.
Quam vulpes gallo fraudem meditatur iniquam:
In caput hanc gallus vulpis / adegit. Amen:

Dolum illudi dolo phas est. De hoc audi hanc fabulam. Uulpes quedam esuriens ad decipiendum gallinas/ que gallo duce arborem excelsuz quo sibi aditus nō erat ascenderūt/ad gallum blande accessit. quem comiter cuz salutasset: Quid in excelso agis inquit: Audisti ne hec noua recentia nobis tam salutaria: Nequaq̄ gallus ait. At vulpes prenuncia huc accessi ad cōmunicandam tecum alacritatem omnium animaliū. Concilium nanq̄ celebratū est: in quo pacem perpetuaz omnia animalia inter se firmarūt/ ita vt omni sublato timore nulli ab altero insidie aut iniurie fieri queant: sed sedula pace fruantur: vt liceat vnicuiq̄ abire quo velit secure. Descende igit̄ et hunc festum agamus diem. Gallus intellecta vulpis astutia ait: Bonum affers nūciuz et mihi gratum ꝛ simul collum altius ꝓtendēs in pedes se longius erexit: vt suspicienti similis appareret. At vulpes: Quid nā aspicis inquit: Gallus ait: Duos magnos cursu patulo ore aduenientes canes video: quos pacem quam nobis predicas nunciaturos puto. Tunc vulpes tremebunda: Ualete inquit/ mihi fuga expedit anteq̄ illi aduenant: et sic cepit abire. At gallus: Quo nam abis: et quid times: Siquidem pace statuta nihil est timendum. Dubito inquit vulpecula: an canes isti decretum pacis audierint. Et sic dolus dolo est illusus.



Esopus effigiatus cū figuris

Cornelius Paine

Mythologi Esopi fabu[illegible] clarissimi: vna cū Auiani & Remicij quibusdā fabulis per Sebastianū Brant nuper reuisi: additisqꝫ ex varijs autoribus centū & circiter quadraginta elegātissimis fabellis facete dicte & versibus: ac mirādis monstruosis [illegible] creaturis

Ad lectorem inuitatio Sebastiani Brant.

Qui cupis egregios sensus studiose sodalis
Scōmataqꝫ/atqꝫ sales perspicere:ista lege.
Multa tibi arbitrio nostro collegimus:et que
Te poterunt doctum reddere/perqꝫ bonum.
Addidimusqꝫ nouas/et pinximus inde tabellas:
Quas tibi non alias forte videre datur.
Multa igitur nobis debes/nostroqꝫ labori
Si placet:indignis nil cecinisse velim.

Vale.



Ebastianus Brant: Onophrio Thedigene filio suo Salutem. Qui apud nostrates hactenus uulgo circũferuntur Aesopiani mythologi: epistolion quoddam carminibus prescriptũ cõtinẽt: Rhomuli cuiusdã ad tybertinũ filiũ: in quo poete ingeniũ et bonitatẽ laboris sui expressisse asserit. Que quidẽ ꝓlogi instar cõtexta ꝑscriptio: modicũ (vt mea fert opinio) ꝑ se fert ꝓmisse rei effectũ. Eo ꝙ parum salis cõtineat: Elegantie vero ꝓpe modũ nihil. Atqꝫ ꝓinde/nec nos quidẽ ab eodẽ Rhomulo emanasse crediderimꝰ: neqꝫ antiquis in codicibus Aesopianis cõperimus: Quin potius ab aliquo ludorũ magistro: ꝓ ingenij sui acrimonia somniatã. Eam tñ nihilominus epistolam (ne cuiqꝫ ꝑiudicare/aut iniuriã facere videamur) suo loco reseruantes: veritatẽqꝫ facti apud auctores relinquẽdo: Quantũ ad Aesopũ attinet: id in primis te scire velim: Esse scriptores qui asserant Aesopũ adelphis/poetam claruisse Cyri regis persarũ temporibus: Ipsumqꝫ cõfinxisse fabulas elegantes: quas Rhomulus quidã/e greco in latinũ traduxit eloquiũ. Quibusquidem quid hoibus obseruare cõueniat: quidue subterfugere expediat edocet. Et vt facilius hominũ vitã ostendat/moresqꝫ inculcet: arbores/aues/bestiasqꝫ loquẽtes suis apologis interseruisse. Aiũtqꝫ eum primo Cyri regis anno mortẽ obijsse. Ego vero de Aesopi laudibus/Aulũ gelliũ grauis auctoritatis virũ/ secũdo noctiũ suarũ acticaꝝ libro citabo/in hũc modũ loqntẽ. Aesopꝰ ille e phrygia fabulator/haud immerito sapiens estimatus est: cum que vtilia moniti/suasuqꝫ erant/nõ seuere/nõ imperiose ꝑcepit/et censuit (ut philosophis mos est) sed festiuos delectabilesqꝫ apologos commentus: res salubriter ac ꝓspicienter animaduersas/in mentes aiosqꝫ hominum/cũ audiendi quadã illecebra induxit. veluti multifaria eius fabula lepide atqꝫ iucunde demõstrat. Quibus ex verbis satis apparet Aesopũ ipsum clarissimũ fabulatorẽ: sua tempestate/ob ingenij magnitudinẽ: admirabilẽ sapientiã/incõparabilem quoqꝫ grauitatem: apud vniuersam sui temporis vetustatẽ: maximo in precio habitum. Cum nil eque (vt aiũt) vite mortaliũ sit vtile: nil ve accomodatius ꝓsperis aduersisqꝫ rebus: ꝙ̃ eius dicta ac gesta: quibus nõ solũ ciuile vulgus: sed etiã agrestes comodissime vti possunt: Eo ꝙ vir ille eruditissimꝰ/maxima philosophie ꝑcepta sub fabulosis quibusdam integumẽtis edisserat: quibus diuinitatẽ sapientie in tanto viro/mõstruoso etiã in corꝑe cognoscere licet. Ego vero tui amore mi gnate/limã huic operi/iam dudũ multifaria imꝑssione deprauato/sedulo apposui: nõnullasqꝫ dicacitates spurcas: puerorũqꝫ eruditioni minime cõgruentes per fatuos quosdã supinductas: de medio sustuli: interleuiqꝫ. Et ꝑterea nõ nullas alias/varijs ex autoribus fabulas/schemata/vrbanasqꝫ ⁊ egregias optimis moribꝰ inseruientes historias: philosophicasqꝫ sentẽtias ⁊ ꝓblemmata/ꝓ morũ

tuorum ingenijq instructiōe: tuū / ceterorūq tibi similiū vtilitate et cōmodo adiungere volui: quo libellus Aesopi et lectiōe iucūdior: et eruditiōe pspicatior fieri posset. Quarū etiā relectione: non solū tu mi suauissime fili voluptatē sis pcepturus non mediocrē: sed etiā in maximarum rerū cognitionē peruenies. Mira quoq quadā ex hmōi figmētis iucūditate pfunderis. Unde et ingeniū tuū erudire: psiliū augere: recteq viuēdi tramitē cōtingere poteris. Tu vero interea nūc ausculta qd de fabularum veritate cōmoditatibusq Joannes bocatius vir litterarum sui seculi decus: et in omi doctrina sine dubio eruditissimus: cōprobare videatur. Volui eni illius verba / ad pfundendā nōnullorum crassa minerua philosophantiū supstitionē qua asserere nō verentur: nullius frugi / inanesq atq anicularū deliramenta esse fabulas / annectere.

¶ Utilitas et cōmoditas fabularū. poetarūq: et fabulonū defensio Ex Joanne bocacio li. xiiij. de geneologia deorum.

SUnt quidam boatores magnifici: asserētes poetas / fabulosos esse homines. Et vt deiectiori seu magis detestando vtantur vocabulo: illos aliqn vocitāt fabulones. Que quidē obiectio: ignaris plurimū videtur detestanda. Econtra vero / docti talia verba nō pluris faciūt q floccos indumēti sui. Et vt his cōcedamus etiā: fabulosos (hoc est fabularum psitores) esse poetas: nū quid ne ignominiosius est poete describere fabulā: q formasse sylogismū philosopho. Profecto si ostendatur quid sit fabula: et que fabularum sint species: et quibus hi fabulones vsi sunt: reor nō adeo grande piaculū (vt hi volunt) videri fabulas pdidisse. ¶ Fabula nāq a for faris / honestū sumit originē. Et ab ea cōfabulatio: q nil aliud q collocutio sonat. vt est apud Lucā dum inqt: Et factū est / cū cōfabularentur: et secū qrerent: et ipse christus appropinquās ibat cū illis etc. Et si cōfabulari sctis hoibus nō imputatur in vitiū: nō erit fabulā psuisse peccatū. Sed cedamus paululū his. Supuacaneū est (haud inficiar) psuisse fabulas: si simplices dūtaxat fabulas / poetas cōposuisse pcesserimus. Uerū nunq legetur / quin ab intelligenti hoie cognoscatur aliqd magni sub fabuloso cortice palliatū. Et ob id cōsueuere nōnulli sic diffinire fabulā. Fabula est exēplaris seu demōstratiua sub figmēto locutio: cuius amoto cortice / patet intētio fabulātis. Harum quadruplex ponitur spēs: quarum prima omino veritate caret in cortice: vtpote qn aialia bruta / aut etiā insensata / interloquētia inducuntur. Et auctor harum maximus fuit Aesopus / vir grecus / antiqtate ac etiā grauitate venerabilis. Quales etiā nōnunq aristoteles / celestis ingenij vir / et pipateticorum princeps libris suis inserere nō erubuit. Secunda autē species: in supficie / nōnunq veritati fabulosa cōmiscet: Ut si dicamus Mynei filias nentes / spernentesq orgia bachi / in

vespertiliones versas. Has aũt a primeuo inuenere poete: quibus cura fuit/diuina ꝛ humana pariter palliare figmentis. Quas tametsi nõnulli comici/assensu lasciuiẽtis vulgi magis/ꝙ honestate gaudentes deprauauerũt: qui tñ poetaꝝ sublimiores subsecuti sunt/in melius euexerũt. Tercia igit̃ spẽs historie potius ꝙ fabule sĩlis est. hac aliter et aliter vsi sunt poete celebres. Nã heroici quantũcunqꝫ videent̃ historiã scribere (vt virgilius dũ eneã tẽpestate maris agitatum scribit: Et homer⁹ alligatũ malo nauis vlissem/ne a Syrenarum cantu traheret̃) onge tñ aliud sub velamine sentiũt ꝙ mõstret̃. Comici insuꝑ honestiores vt Plautus atqꝫ Terenti⁹ hac ꝯfabulãdi specie etiã vsi sunt/nil aliud ꝑterꝙ qđ lr̃a sonat intelligẽtes. Tamen arte sua diuersoꝝ hoĩm mores ꝛ verba describere: et interim lectores docere ꝛ cautos facere alioꝝ exẽplo studuerũt. Quarta vero spẽs nil penitus in suꝑficie nec in abscõdito veritatis habet: cum sit delirantiũ vetulaꝝ inuẽtio: Et id plane fatemur. Sed si inde hi redargutores eximij/alias om̃es fabulaꝝ spẽs damnare pergãt: seq̃tur vt et prima/qua etiã sacras lr̃as legimus vsas (ligna videlicet syluarũ/de cõstituendo sibi regẽ habuisse colloquiũ) damnãda esse veniet. Sin vero reprobet̃ scđa: om̃e fere sacrũ veteris testamẽti volumen/veniet (qđ absit) reprobandũ. Cũ in eodẽ libro scripta: pari ꝓpemodũ passu: cũ poetaꝝ editiõib⁹ incedere videant̃. et hoc quãtũ ad cõponẽdi modũ. vbi enĩ abest historia: neuter de possibilitate suꝑficiali curat. Et qđ poeta/fabulã aut fictionẽ nũcupat: figuram nr̃i theologi vocauere. Quod nũq̃d ne ita sit: videãt iudices equiores/iusto põderãtes libramine suꝑficiẽ lr̃aꝝ: cũ Esaie/Ezechielis/Danielis/et alioꝝ sacrorũ hominũ: tum ꝛ poetaꝝ postea fictionũ. Quos si in ritu ꝯpingendi videãt discrepãtes: damnatiõi cõsentiemus. Si terciã (qđ nequeũt) dixerint esse damnandã: nil aliud erit ꝙ eã sermonis speciẽ damnasse qua sepissime vsus est Jesus christ⁹ saluator noster dũ esset in carne. Quanꝙ nõ eã poetico vocabulo/fabulã/sacre vocitẽt lr̃e: sed ꝑabolã/sĩlitudinẽ/exẽplũqꝫ vocauere. Quod ꝟo quarta dãnet̃ spẽs: cũ a nullo satis cõgruo videat̃ principio moueri: neqꝫ alicuius artis vallari suffragio: aut in finẽ ordine deduci debitũ: haud magnifaciendũ. Quippe cum neqꝫ in aliquo/dignis poetaꝝ ꝯueniat fabulis. Reliquas saltẽ nullo pacto: si sapiunt: abijciendas ꝓprobabũt. Fabulis etenĩ (quas isti ob solũ vocabulũ ita despiciũt) nõnunꝙ legim⁹ incitatos insano furore aĩos fuisse sedatos/et in mansuetudinẽ redactos pristinam: vtputa dum a Mẽnio Agrippa grauissimo viro: Romana plebs a patrib⁹ dissidens: e sacro mõte/in patriã ꝑ fabulã reuocata est: Fabulis/fessis illustriũ virorum/circa maxima animis/vires ꝑsepe restitute sunt. Quod nõ tm̃ exemplo veteri/sed assiduis demonstrat̃ documẽtis. Cernimus enĩ principes/maximis occupatos rebus/quasi rerum natura docẽte: post regnorũ suoꝝ sublimes dispositiões in melius:

vt fessas animi reuocent vires: cōuocare qui iocosis cōfabulationibus recreent fatigatos. Fabulis/laborantibus sub pondere aduersantis fortune: nōnunq̄ solamen impensum est. Quod apud Lucium apuleium cernitur: quem penes charitos generosa virgo/infortunio suo apud predones detenta: captiuitatē suam deplorans: ab anicula/fabule psychis lepiditate/ paululū refocillata legit. Fabulis labantiū in desidiam mentiū/in meliorem frugem lapsus/reuocatos iam nouimus. Compertum habemus multos torpentis ingenij adolescentes/fabellis Aesopi: in tam grande studendi sciendiq̄ desideriū tractos: vt breui/non tm̄ domesticas has liberales artes didicerint: verum ad ipsa vsq̄ sacre philosophie penetralia mira p̄spicacitate transirent. Quid multa? tanti quidē sunt fabule: vt earū primo cōtextu oblectentur indocti: et circa abscondita doctoꝝ exerceantur ingenia. Et sic vna eadēq̄ lectione/et p̄ficiunt/ꝛ delectant. Non ergo tam erecta ceruice: tam fastidiosa sentina nauseantes/biliuorem et ignorantiā suam euomant in poetas. Suas si satis sani sunt primo curent illecebras: q̄ alienos splendores/ maledictorum nebulis obfuscare conentur. Et dum seipsos purgauerint: aliorū conentur purgare fabellas. memores christū mādasse accusatoribus: vt is primus qui innocens esset: primū in adulterā mulierem sumeret lapidem. Taceant igitur blacteratores impij/ et obmutescant superbi si possunt: ne dum insignes viros/lacte musarū educatos: et in laribus philosophie versatos/sacrisq̄ educatos studijs deprimere se putant: suam ignauiā/ridendamq̄ stoliditatē p̄fiteantur. Eisq̄ dici cōueniat. Si tacuisses/philosophus mansisses. hanc igit̄ primam hi nostri lingulaci ex hesiodo audiant sententiam.



Ex hesiodo contra blacterones ꝛ linguaces

Optimus est hominū lingue thesaurus: ꝛ ingens
Gratia: que parcis mensurat singula verbis.
At contra: pluresq̄ loqui nescire fatent
Qui nunq̄ norunt sed reticere tamen.
Unde ꝛ Tersites sine iudicio omnia blactrans:
Graculus/ effrenis/ dicit atq̄ loquax.

Hesiodus poetarū prudētissimus / cuius etiam meminit. A. G. linguam nō vulgandā/ sed recōdendā esse dicit/ perinde ac thesaurū. Eiusq̄ esse in ꝓmendo/ gratiā plurimā: si modesta/ ꝛ parca/ ꝛ modulata sit. Quid enim est tam furiosum: q̄ verborum vel optimoꝝ atq̄ ornatissimoꝝ sonitus inanis: nulla subiecta sentētia/ nec sciētia. Unde Marcus Catho: nunq̄ inq̄t tacet/ quē morbus tenet loquēdi: tanq̄ veternosum/ bibēdi atq̄ dormiēdi: Is enī q̄plurimū bibit tam maxime sitit. quātoq̄ diuturniori dormit tēpore: tanto grauiori premit somno. Unde non imerito Homerus vnū ex omnibus tersitem/ loquentē sine iudicio ꝛ modo appellabat. verbaq̄ illiꝰ multaꝝ incōpta/ graculoꝝ sine modo strepentiū similia esse dicit. Hinc ꝛ Salustius de quodā linguaci garrulo. loquax inq̄t magis est q̄ facūdus.



Quando liceat alioꝝ errores reprehēdere

Corrigere incipiāt se primū philosophantes:
Et cum purgarint pectora crassa sua:
Tum demū errores alioꝝ carpere pergant:
Nam sibi qui stultus: cui bonus esse potest?

Imitentur hi poetarum stimuli: atqꝫ maledicentis lingue blacterones: qui sese philosophos esse autumāt: tametsi principatius philosophie negligant preceptū: quod et iuriscōsulto papiniano nō erat incognitū / dum inqt. Eteni vere philosophātes pecuniā cōtēnunt: cuius retinēdi cupidine / fictam asseueratione detegūt) saltē Craten illū thebanū / hominem quondā ditissimū: q̄ cum ad philosophādū athenas pergeret: ingens auri pondus abiecit. Necqꝫ enim putauit se posse ⁊ virtutes ⁊ diuitias simul possidere. Imitentur incqꝫ hi rabuli mercēnarij saltem Carneaden achademice secte magistrū: qui vt scribit Gellius, scripturus aduersum Stoici zenonis libros: supiora corporis helleboro candido purgauit: ne quid ex corruptis in stomacho humoribus: ad domicilia vsqꝫ animi redūdaret. ⁊ iusticiā vigoremqꝫ mentis labefaceret. valet enim veratrū pectori ad aciem ingenij ꝓpurgandā. Tanta cura tantoqꝫ apparatu vir ingenio prestāti: ad refellenda alioꝝ dicta accessit. Sed vereor ne nostris illis nebulosi cerebri oblatratoribus: nullius hellebori copia medicari possit. potarēt q̄uis purgantes pectora succos. Quicqd ⁊ in tota nascit̄ antiycra. Eo q (vt flaccus inquit) caput eorum ne tribus quidem anticyris sanabile redderetur.

CUm tua puideas oculis mala lippus inunctis
Cur in amicoꝝ vicijs tam cernis acutum?
Vteris atq; oculis serpentis: siue aquilinis.
Deniq; teip̄m cōcute: num qua tibi vicioꝝ inseuerit olim
Natura/aut et iam cōsuetudo mala: nanq;
Neglectis vrenda filix innascit̄ agris.
Vt nemo in sese temptat descendere/nemo.
Sed precedēti spectat̄ mantica tergo.
Cedimus/inq; vicem prebemus crura sagittis:
Viuitur hoc pacto. pauciq; nares sibi tergunt.

STultissimus est amor nostri: cum nobis ea vicia cōdonamus/que in alijs ferre nō possumus. Nam nobis in vicijs ꝓprijs indulgēdo/veluti lippi/parū videmus. cum tñ in alienis acutissimo vtamur vel aquilino vel serpētino visu. Audiamus igit̄ Ambrosium dicentē. Judicet ille de alteri⁹ errore qui nō habet in seip̄o qđ cōdēnet. Judicet qui nō agit eadē que in alijs putauerit puniēda. Ne cū de alio iudicet de se ferat sententiā. Sibiq; dominico dicat̄ ore. Eijce prius trabem de oculo tuo q̃ꝫ de fris oculo festucā educere cogites. hinc est ꝙ cum tribus beniamin in carnis scelere fuisset obruta: collectus omnis israel iniq̄tatē vlcisci nequiuit. donec absūptis vno atq; altero bello his qui ꝯsimili morbo laborabāt. Tūc demū peccatricē tribū/pene funditus extinxit. vt in moralibus suis gregorius testat̄.



Quod corruptus iudex male ꝓnunciat.

Audiat hoc iudex qui ius dixisse iubetur:
Aures muneribus claudat/ vtrasqȝ manus.
Munera fronte hilari iudex qui cernit opima:
Orbus luminibus nil nisi dona videt.
Sic male corruptus examinat arbiter equum:
Iusticiamqȝ pari non colit ille gradu.

Sed nimirū haud facile iudex corruptus: equo libramine veritatē examinat. queadmodū de quodā legimus: qui cū arbiter inter duos litigātes esset dat⁹: accepit ab vno vrceum olei: ea spe ⁊ pollicitatiōe: vt ꝓ se/ iudex sententiam ferret. Hoc sentiens alter/ porcum pinguem eidem misit iudici: rogans vt sibi faueret. Tulit ille sententiam ꝓ porco. Quod sentens alter/ cum ⁊ fidem datam/ ⁊ oleum amissum apud iudicē quereret. Porcus inquit quidā domū venit: et inuēto oleo vas effregit/ atqȝ oleum dissipauit/ adeo vt tui fuerim oblitus. Optima venalis responsio: sed minime placens deo. apud quē sicut iudicabūt ita iudicabunt: ⁊ qua mēsura mensi fuerint remetiet ⁊ eis. Non enī sinit sibi irrideri deus: sed tarditatem supplicij / grauitate pene cōpensat. queadmodum de dyonisio Siracusano. multisqȝ alijs legimus factitatum tyrānis.



Quam venalis sit iusticia.

IUs.phas.atq; nephas/venalia cuncta vident:
Justitiam raro pauper habere potest.
Si nihil attuleris: clause sunt iudicis edes:
Atq; aures: vacue sunt sine honore manus.
Audite at saltem quibus est data magna potestas:
Judiciūq; aliis quos facere vsq; decet:
Qui dedit hoc vobis sceptrum: maiore pfecto
Vos pena plectet/iusticiamq; dabit.
Iniustus tormenta potens patiet acerba:
Nil nisi iusta/placent: nil nisi honesta deo.

VEnales sententias que in mercedē a corruptis iudicibus pferunt: legum detestat sanctio. de quibus et Isidorus. Pauper inqt dum nō habz qd offerat in iudicio: nō solum audiri cōtēnitur: sed etiā cōtra veritatē opprimitur Cito violat auro iusticia: nullāq; reus ptimescit culpā/ q̄ redimere nūmis existimat. Unde cum in cōsilio perusino/ rusticus gratiam certā quereret: tanq̄ inhonesta postulāti vnus ex cōsulibus cōtradixit. Postridie admonitus homo/ tres asinos frumento onustos domū eius q̄ cōtradixerat deduxit: post quartū diem/ sentētia mutata/ multis verbis rustici causam cōsul egit. Tum vicinus eius inter loquendū ad socios inqt. Auditis ne queadmodū illi asini rugiunt: in frumentū susceptū iocatus.



Quod corruptũ hũanũ iudiciũ neqȝ altissimis reb⁹ pcere nouit

Sed neqȝ romanũ/quod tam sublime/potensqȝ/
Nobile et antiquum/floruit imperium:
Quod deus instituit:sine detractoribus vllis
Esse potest:feriunt verba maligna Jouem.
Nempe aquilam elegit deus/vt super alite cuncta
Sceptrigeram ferret/porrigeretqȝ manum:
Juppiter vt vidit Aquilam ad sua vota fidelem:
Atqȝ ministrantem fulmina/tela/vices:
Inter aues regnum vt teneat/concessit:habenas
Et dedit huic laxas: Imperium vtqȝ gerat.
Preterea indulsit/volucres rapiatqȝ/voretqȝ:
Arbitrioqȝ suo ꝙ moderetur aues.
Nempe vagis fuerat dignum/caput/altiuolisqȝ
Preficere alitibus:nobiliorem et auem.
Cuius consilio/virtutibus/ingenioqȝ
Presidioqȝ/auium viuat/agatqȝ cohors.
Hanc qui spernit auem:sibi qui negat atqȝ subesse:
Pro merito/est dignus fulmine et interitu.
Quin etiam pullos nido eiecisse licebit
Si quos degeneres/ales is inueniat.

Aquila rex auiū appellatur: qm̄ ceteris auib⁹ generosior: et altius oīb⁹ volet. vnde Jouis armiger dicit. quia fulmina illi ↄtra gigātes pugnaturo ministrauit. Quod ideo fingit. qr Juppiter eam aquilā in vexillo bellico habuisse fertur. Que cōsuetudo apud cretenses mansit: a q̄bus ad troianos hoc signū Teucrū trāstulisse ferūt. Jnde in italiā induxisse Eneā. ꝑptereaq̧ Romani aquilā vexillis suis ꝓtulerūt. vel ꝓpter optimū auguriū qd ex aquila sumebat: vt est apud virgiliū: Carmina nr̄a valent tela inter martia: quantū Chaonias dicunt Aquila veniente columbas. Uel qr teste plinio. Sola hec ex auibus oīibus: fulmie (qd a Joue mitti fingunt poete) nō tangit. Uel qr nulla auis altitudine volatus/ ꝓpinquior etheri accedat: vnde qr supra regionē aeris (vbi fulmina creantur) volat: Jnde immunis a fulmine dicitur. Quare haud ab re ꝑ eā Romanū designat impium et celsitudo.



Quomodo Corui conati sunt Aquilam expugnare

Eijcere interdum celsa a statione sed illam
Tentarunt corui: qui cecidere tamen.
Augustus. Lepidus. Marcusq̧ Anthonius olim
Urbem dum colerent que parit omne bonum:
Augusti videre aquilam ad tentoria magni/
Et coruos subito cōuolitare duos:
Quos tamen ipsa Jouis volucris lacerando peremit:
Et ducibus dederat his tribus augurium.

Tametsi Romanū imperiū a summo rerum omniū cōditore deo sit ordinatū/fundatū/et stabilitū: vt totius mūdi princeps romanus moderet habenas: om̄esq illi subdite sint natones: nōnunq̄ tamē hominū depravata voluntas/abiectis obedientie loris: et rationis iugo ꝑfracto: cōtra sacrosanctū Romanū impium/aquilāq illā altiuolā/ grandia effutire blasphemie nō modo verba/nō erubescūt: sed ⁊ cornua sua ꝯtra vnctū dei/et christū dn̄i erigere nō sūt veriti. Verū diuino semꝑ munimine repssi: temeritatis sue ꝑsoluerūt penas q̄dē acerbas. veluti hoc comprobatū est exēplo: Triū virali tempestate/ cū Augustus atq college sui Lepidus et. M. anthonius cū om̄ibus copijs Bononie cōuenissent: omen imperij clarissimū visū/ et ab vniuerso exercitu annotatū est. Aquila tentorio Augusti insederat: quā gemini corui/dextra leuaq perurgere ceperāt. Illa resistens: vtrūq ꝓstrauit cōfecitq. Mira res dictu: tot hoim milia in id spectaculū cōuersa: vnū et idem sensisse ꝑhibent. Inter tres scilicet duces qui tūc vnanimes viderētur/dissensionē emersurā: Et collegarum augusti qui se cōtra imperiū suū opposuerāt finē qui post fuit intellexerant. Victum enī Lepidum relegauit augustus: mori coegit anthonium.



¶ De aquila ex cuius vnguibus gallina
cecidit in gremiū Liuie Auguste.

Liuia dum nupta est Augusto: candida/ lauri
Gallina ore gerens ramū demissa virentem/
Decidit in gremiū domine mirantis ab alto:
Hanc quia sustulerat/predam sibi/ fulminis ales:
Ultro relaxabat sed tum/quod in vngue gerebat.

Gallina hec/laurusq̃/ad tempora longa vigebant:
Defecere tñ tandem moriente Nerone.
Cesaree inde domus/finis/casusq̃ notatus.

Vide Erasmum Chiliade p[.] centuria p[.] prouerbio 78

QUod aquila et imperio et cesaribus semp̄ auguriū letū p̄buerit: hac subsequēti apparet historia/q̄ Liuie cū dignata esset matrimonio Augusti/ferunt cōtigisse: vt dum rus peteret: cādida gallina virentis lauri ramusculū rostro gerens/in gremiū mirātis/ab alto caderet: aquila predā vt sustulerat vltro relaxāte. Nouitate autē rei mota Liuia: iussit et ali volucrē/et ramusculū inseri. Quo facto: vtriusq̃ breui tam magnificū incrementū est cōsecutū: vt pullorum copia ad gallinas duceret. Et ex frequēti laureto qđ tā tenuis planta repererat: lauree triūphaturis cesaribus vellerent. Obseruato: vt quisq̃ cesarū/eo loco nouā laurū sereret. Longo deniq̃ vsu agitatū/vnā q̄q̃ arborum illarū/circa satoris sui mortē solitā arescere. Ultimo aūt Neronis tp̄e/subito simul oēs radicit⁹ aruisse. Gallinas quoq̃ oēs ad vnā p̄ijsse. Quib⁹ cōfestim Neronis mors: et in eo deficiētis familie successit interit⁹.



Toleranda est seruitus sponte suscepta.

CEruus equum pugna melior cōmunibus herbis
Pellebat: donec minor in certamine longo
Implorauit opes hominis: frenumq̃ recepit
Sed postq̄ victor violens discessit ab hoste.
Non equitem dorso: non frenum depulit ore.

NEc dedignet vulgus subesse sublimioribus potestatib⁹. cum principio tum in odium et suppressionē vicinorum: tum vel maxime in defensionē ꝯtra aliorum incursationē / post-

posita naturali libertate/sibiipse populus regem/etiã inuito (vt ita dixerim) deo prefici cõcupiuit. veluti ex primo Regũ libro / capite octauo intueri licet. Non igit querat sibi libertatẽ merã restitui / q̃ suapte a se abdicauit: quãdo lege regia. populus principi ⁊ in eum omne imperiũ suũ ⁊ potestatẽ cõcessit. Turpius enim eijcitur q̃ nõ admittitur hospes. veluti hic equi ⁊ cerui probat apollogus. Nam equus aduersariũ superare cõtendẽs: hominẽ a quo iuuaret/sessorem sibi/⁊ frenum ori impositum recepit. Uicit igit equus quidem: sed victor semper in seruitute mãsit. Nam neq̃ equitẽ a dorso: neq̃ frenum ab ore depellere potuit.



Quomodo romanus princeps adiutus corui beneficio in bello contra gallum: victor euasit.

Coruini si quis miretur nomen honestum:
Is sciat a coruo/ id nominis esse datum.
Gallo quando duci iuuenis congressus iniquo
Qui vastis cunctos viribus ante ierat.
Romanis reliquis terrore metuq̃ pudendo
Ambiguis: audet solus adire virum.
Tunq̃ fero inter se duo digladiant/et acri
Congressu: coruus aduolat ecce ferox:
Atq̃ super galeam Coruini sedit: ab inde
Unguibus obturbat/ Galli oculos lacerans.
Sic ꝓpria nixus virtute: operaq̃ volucris:
Hostem interficiens/nomen ab inde tulit.

Et docuit Gallos natura atq; arte superbos
Romano tandem succubuisse duci.

Lucio furio. Claudio appio cõsulib⁹: fit tribun⁹ militaris Maximus valeri⁹ adolescẽs. Atq; eo in tpe/ copie gallorum ingẽtes/ aurũ põtinũ insiderãt. Instruebantq; acies a cõsulibus/ de vi atq; multitudine satis agẽtibus. Dux interea Gallorum/ vasta atq; ardua pceritate/ armisq; auro pfulgentibus grandi ingrediens passu/ manuq; telũ reciprocãs incedebat. perq; cõtemptũ & supbiã circũspiciẽs/ despiciẽsq; oĩa. venire iubet & cõgredi si quis pugnare secum ex omni romano exercitu auderet. Tum Valerius tribunus/ ceteris inter metũ pudorẽq; ambiguis: impetrato prius a cõsulibus/ vt in Gallũ tam imaniter arrogantẽ pugnare sese pmitteret. Progredit intrepide modesteq; obuiã. Et cõgrediunt & cõsistũt/ & cõserebant iam man⁹. Atq; ibi vis quedã diuina (fit que hactenus romanũ suffulsit imperiũ). Coruus repẽte improuisus aduolat: & super galea tribuni insistit: atq; in aduersarij oculos pugnare incipit. Insibilat: obturbat vnguib⁹: manuũ laniabat: & pspectũ ales arcebat. Utq; ibi satis seuierat/ reuolabat in galeam tribuni. Sic tribunus spectante vtroq; exercitu: & sua virtute nixus: & opera alitis ppugnatus: ducem hostiũ ferocissimũ vicit: interfecitq;. Atq; ob eam causam cognomen habuit Coruinus. Id factum est anno quadringẽtesimoquinto post romã cõditã.



Discordiã causam esse euersionis omniũ regnorum.
Nulla est tam grandis: nulla est tam magna potestas
Que non dispersim dissociata cadit.

Crescere res paruas fecit concordia sepe:
Discordi intereunt maxima regna iugo.
Que stabili nexu q̄uis sint parua ligant:
Hec forti durant cōtinuata statu.
Rursum magna quidem patiunt sepe ruinam:
Dum trahere in partes/soluere seqꝫ sinunt.
Nam vigor/effectus/antiqua potentia/vires
Deficiunt:nerui funditus intereunt.
Unita est melior virtus/q̄ sparsa seorsum.
Concordi crescunt singula queqꝫ sono.

Agricola filios suos videns quotidie verbis digladiantes:neqꝫ in gratiam inter se reducere potis esset : iussit fasciculum herbarum sibi afferri. Aderant autem filij illic sedentes. Que cum allate essent colligauit omnes in vnū fasciculum: Jussitqꝫ singulos filioꝝ fasciculum capere atqꝫ confringere. Jllis vero confringere non valentibus : soluens postea fasciculum/ tradidit singulas virgas eis frangendas. Atqꝫ illis statim facileqꝫ frangētibus intulit: Jta ⁊ vos filioli mei/si vnanimes perstiteritis/inexpugnabiles vos hostibus inuictosqꝫ prebebitis. Sin minus: vestra ipsa emulatio atqꝫ seditio/ oportunam vos predam inimicis faciet. ¶ Hec fabula innuit/ res humanas a concordia incrementum capere:⁊ a discordia iacturam. vnde ⁊ mycipsam regem filijs suis apud Salustiū dixisse legimus. Non exercitus neqꝫ thesauri/presidia sunt regni:verum amici quo neqꝫ armis cogere/neqꝫ auro parare queas:officio et fide pariunt. Quis autem amicior q̄ frater fratri? Aut quem fidū alienū inuenies: si tuis fueris hostis? Equidem vobis ego trado regnum firmum/si boni eritis:Sin mali/imbecillū. Nam cōcordia parue res crescunt:discordia maxime dilabunt. Quāquidem sententiam Marcus agrippa vir ingentis animi:qui solus ex his quos ciuilia bella claros potentesqꝫ fecerūt: felix in publicum fuit:dicere solebat:sibi plurimū ꝓfuisset/seqꝫ eidē perpetuo debere : hac enim se aiebat ⁊ fratrem ⁊ amicum optimum factum. vt Seneca noster in epistolis suis testat: Unde ⁊ apud Lucanum:detestata reperimus publica belli semina: que populos semper mersere potentes. Astipulat ⁊ huic sapiens dum inquit: Jn tribus placitum est spiritui meo: que sunt probata coram deo ⁊ hominibus. Concordia fratrum. ⁊ amor proximoꝝ. ⁊ vir ⁊ mulier sibi bene consentientes.



¶ Assentatores multos ledunt

Assentatore est nil peius/deteriusqꝫ
Qui verbis multos dulcibus interimit.
Expedit egroto morbū dixisse: medelā
Quo capere/et possit querere ꝑficuā.
Infirmos multi verbis solarier audent:
Perpetui causam dant simul interitus.
Assentatorē fugias/nam garrulus hic est:
Se fidum simulat: cum sibi nulla fides.

Egrotus quidā a medico interrogatus / quonam modo se habuisset: preter modū se respondit in sudorem fuisse resolutū. Cui medicus: Istud inquit bonū est. Altero autem die iterū interrogatus quomodo haberet: respōdit: algoribusco ꝛreptus diu vexatus sum. Et istud quoqꝫ inquit medicus bonū est. Tertio cum eodem modo interrogaret: respōdit: profluuio ventris debilitatꝰ sum: Istud etiam bonū est medicus inqt. Postea a familiari quodā interrogatus: quomodo habes amice: respondit: ego etiā atqꝫ etiā bene habeo. sed morior. ¶ Hec fabula innuit coarguēdos esse assentatores. Et in primis medicos: qui vt bene lucrent: et egrotum teneritati cōsuluisse videant/sepe/ etiā cum animarū perditiōe ꝛ iactura/contra salutem corpoꝝ ꝛ animarū cōsulere non verentur. vnde fit: vt persuasus medicoꝝ: plerumqꝫ sunt venena egrotorum.



Male loqui

Multi sepe alios cupiunt audire loquentes:
Quos satius tandem conticuisse foret.
Multi sepe parum/raroq; vtcunq; loquuntur:
Quorum sermo tamen semper vbiq; malus.
Perpetuo siluisse foret consultius illi
Qui loquitur: quod mox penitet/atq; pudet.

Principi olim hispano erat filius adultus/lingue maledice ac cõtumeliose. qua ex re/multoꝝ odia ꝯtraxerat. Ob eam causam/pater filio/vt ꝑpetuo sileret cum indixisset: paruit ille. Accidit interea vt solẽni ꝯuiuio regis/p̄sente regina ambo interessent: Adolescẽs ad cetera industrius/cum ministraret vt mutus patri: regina (ea ipudica erat) vere mutũ surdũq; existimãs: ⁊ sibi id cõducere: rogauit patrẽ vt secũ esse filiũ pateret. Id cum impetrasset: adhibuit eum secretioribus rebus: ita vt impudicitie sepe testis esset. Simili iterũ ꝯuiuio pater post biẽniũ affuit. Rex interim viderat sepe adolescentẽ/quẽ omnes mutũ putabant. Hic cum regine ministraret: petijt patrẽ Rex: casu ne/ an natura filius mutus euasisset: Neutrũ ille respõdit: Sz iussu suo/ob lingue maledicentiã. Rogauit rex vt licentiã ꝑmitteret loquẽdi: Cum diutius pater restitisset: dicens aliq̄d scandali secuturũ. Tandem regis precepto/loqui filiũ si vellet iussit. Ille in primis ad regẽ ꝯuersus: Habes vxorẽ inq̄t eam/qua nunq̄ aliqua ꝓstituta meretrix impudentior aut improbior fuit. Confusus rex: ꝓhibuit amplius loqui.

Mos est quorũdam: vt licet raro/tñ semper loquant̃ male.



¶ De medico indocto

Dignus honore quidē medicus bonus atqꝫ fidelis:
A medico pendet maxima nempe ſalus.
At/medico indocto nil pernicioſius vſqꝫ
In qꝫ pudentius eſt hoc homine vſqꝫ nihil.
Qui curare putat verbis:quod debuit herbis:
Ille vmbram monſtrat:verbaqꝫ vendit iners.
Non petit eloquium egrotus:curare ſcientem
Sed medicum atqꝫ bonum:qui facit arte fidem.
Sed ꝙ difficile talem reperire medentem:
Sunt medici plures:ſed modici vſqꝫ boni.
Soli hominem impune medico occidiſſe licebit:
Corneli medicos lex quia nulla ligat.

Medicus indoctus ſed verſutus/cum infirmos/ adhibito diſcipulo viſitaret:tangens vt moris eſt pulſum:ſi quem grauiorem ſolito ſenſiſſet:culpam in egrotum cō ferebat: aſſerens aut ficus/aut pomum/aut quid aliud/a ſe ꝓhibitum comediſſe: quod cum ſepiſſime faterent̄ egri : vir diuinus videbat̄.qui ita errores morbo laborantiū animaduerteret. Hoc admiratus ꝑſepe diſcipulus: rogauit medicū.quonam modo : pulſus ne tactu:an alia quadā altiori diſciplina ꝑciperet. Tum ille/ ꝓ eius in ſe obſeruantia/hoc archanum reſeraturū pollicitus.Cum perue-

nio in cubiculū egroti ait: circūspicio in primis diligēter/ si quid reliquiarum/ aut fructus cuiuspiam/ aut alterius rei in pauimēto supersit: veluti si castanee/ aut ficus corticē/ vel nucis testam/ aut pomorum frusta/ aut aliud quippiam viderim: coniector infirmū tale quid ex his comedisse. Et sic egrorū incōtinentiā in morbis grauioribus incuso: vt videar ꝓcul a culpa si deterius se habuerit. Haud multo post/ discipulus ꝛ ipse quoq̧ cura medendi suscepta: sepius eodem malo egros culpabat/ asserens edendi formulā ab se datam excessisse: ꝛ aliquid edisse ꝓut ex reliquijs cōiectura assequi poterat. Semel ad rusticanū hominē inopē accessit: cui cum valitudinē pristinam se e vestigio restituturū ꝓmisisset: si normam suam seruaret. data nescio qua potione/ abscessit/ postridie reuersurus. Cum redisset: grauiori morbo eger afflictabat. hic homo stultus ac rudis/ causam nesciens: cum huc atq̧ illuc deflexisset oculos: nullasq̧ eiusmodi reliquias vidisset: estuans animo/ tandē sub lectulo/ aselli clitellam cōspexit. Tum clamitare cepit euestigio: tādem se percipere cur deterius haberet eger. Magnū excessum esse ab eo factū: quo mirabat illum minime mortuū esse. Asinum quippe/ egrum comedisse asserebat. Existimans sellam decocti asini/ velut os carnis reliquias videri. In stulticia sua deprehensus homo ridiculus: multos ad risum excitauit. debitumq̧ fatuitati sue et imperitie/ cachinnum reportauit.



¶ Quilibet rex in domo sua

Cum sibi quisq̧ lares/ proprios regat atq̧ penates:
Hinc domui proprie rex sibi quisq̧ preest.

Illius et volitum et mandata subire necesse est:
Et fieri quicquid iusserit ille/decet.
Iure quidem hospitij fuerit quicunqꝫ receptus:
Hospitis hic mores et sua iussa ferat.
Ne sibi cõtingat:ceu quodam tempore/regi
Rusticus anglorꝫ fecerat:ecce legas.

Rusticus regem anglie Richardũ qui in venatiõe perdiderat famulũ/in domũ suam sitam in foresta/ honorifice suscepit:nesciens eum esse regem. Cui cum rusticus lotionem manuũ exhiberet:ꝛ rex illi parere recusabat:vel(vt quidã volunt)se preponebat:dedit alapã dicens: An ignoras quia quilibet dñs est in domo sua? Rex vero patienter ferẽs/cum domũ redijsset:rusticũ ad se vocatũ atqꝫ inuitatũ/simili manuũ lotione siue sessione honorabat: ratus rusticum renuere debere: vtꝛ ipse alapas reciperet. presentiẽs id rusticus:in omnibus paruit:in tantũ qꝫ rex cõceptum vindicandi animũ/explere cõmode nõ posset. Demũ tamen refert historia illum ditatũ per regem. Consultius est igiꝉ hospiti obtemperare:qꝫ verbera ruborem ve reportare.



De amicorum fiducia

Quisquis amicorum spe vult differre laborem
Ille opus inceptum tardius efficiet.
Promittunt hodie quod vix post longa videbis
Tempora completum:raro aliena placent.

Illud amicitie vetus et venerabile nomen
Effectus tepidos nunc habet atq; leues.
Proinde sibi soli spes et fiducia habenda est:
Non alijs: domini cura manusq; iuuant.
Argumentum igitur cape: quod potes efficere ex te:
Non expectandus sit tibi amicus in hoc.

Auicula est parua/nomen est cassita/habitat nidulatq; in
segetibus: id ferme temporis vt appetat messis/pullis
iamiam plumantibus. Ea cassita in sementes quoq; forte
cōcesserat tempestiuiores: ꝓpterea frumentis flauescēti-
bus/pulli etiā tunc inuolucres erant. Cum igit ipsa iret cibum pul
lis quesitū: monet eos vt si q̄d ibi noue rei fieret/dicerent ve animad-
uerterent. Idq; sibi/vbi redisset renūciarent. Dn̄s postea segetū il-
larum filiū adolescētem vocat: Et vides ne inquit hec ematuruisse:
et manus iam postulare: Idcirco die crastino vbi primū dilucula-
bit: fac amicos adeas/⁊ roges veniant/operamq; mutuam dent/ ⁊
messem hanc nobis adiuuent. Hec vbi ille dixit discessit. Atq; vbi
redit cassita: pulli trepiduli circūstrepere/orareq; matrē/vt statim
iam ꝓperet atq; alium in locum sese asportet. Nam dn̄s inquiunt/
misit qui amicos rogaret/vti luce oriente veniant ⁊ metant. Mater
iubet eos a metu ociosos esse. Si enim dn̄s inquit messem ad ami-
cos reijcit: crastino seges nō metet. neq; necesse est hodie vti vos au
feram. Die igit postero: mater in pabulum volat. dn̄s quos rogaue
rat operitur: Sol feruit. ⁊ fit nihil. ⁊ amici nulli erant. Tum ille rur-
sus ad filium: amici isti inquit magna in parte cessatores sunt. Quin
potius imus/ et cognatos affinesq; nostros oramus: vt assint cras
tempori ad metendum. Itidem hoc pulli pauefacti matri nunciant.
Mater hortat: vt tum quoq; sine metu ac sine cura sint: cognatos
affinesq; nullos ferme tam obsequibiles ait. vt ad laborē capescen-
dum nihil cunctent/⁊ statim dicto obediant. Vos modo inquit ad-
uertite: si modo quid denuo dicetur. Alia luce orta: auis in pastum
ꝓfecta est. Cognati ⁊ affines operā quā dare rogati sunt/supsede-
runt. Ad postremū igit dn̄s filio: valeant inquit amici cum propin-
quis. Afferes prima luce falces duas: vnam egomet mihi/ ⁊ tu ca-
pies alteram. Et frumentum nosmetipsi manibus nostris cras me-
temus. Id vbi ex pullis dixisse/dominū/ mater audiuit. Tempus
inquit est cedendi et abeundi. Fiet nunc dubio procul quod futu-
rum dixit. In ipso enim iam vertit/cuia est res: nō in alio vnde pe-
titur. Atq; ita Cassita nidum migrauit. et seges a dn̄o demessa est.
Hec quidē est Aesopi fabula/de amicoꝝ ⁊ ꝓpinquoꝝ leui plerūq;
⁊ inani fiducia. Nec aliud sanctiores libri philosophoꝝ monent: q̄
vt in nobis tm̄ ipsis nitamur: Alia autem omnia que extra nos/

extracꝙ animū nostrū sunt:neqꝫ ꝓ nostris/ neqꝫ ꝓ nobis dicamus. Hunc Aesopi apologū: Q. Ennius in satyris/ scite admodū ⁊ venuste versibus quadratis composuit.



Stulticiam non posse occultari

Tanta est stulticia concreta innataqꝫ multis:
Nec reticere queunt:nec didicere loqui.
Sub modio si quis stultum tegat/ obruat atqꝫ:
Aures continuo ꝓferet ille tamen.
Nec meretrix seruata domi:neqꝫ sub pede stramen:
Nec quocunqꝫ loco stulte latere potes.

Doctor Mediolanēsis indoctus atqꝫ insulsus: hominē qui ad capiendas aues cum noctua ꝓficiscebat/ rogauit vt se/ qui id videre cupiebat/ ad capturā auium secū duceret. Annuit auceps: ⁊ hominē frondibus cōtectū iuxta noctuā statuit:ea cōditione/ ne verbū faceret/ ne aues terrerent Cum auicule plures conuenissent:stultus ille euestigio exclamauit/ auiculas multas adesse/ vt rete cōtraheret. Ille audita voce diffugerunt. Increpatus acriter ab aucupe:silentiū est pollicitus. Aues cum iterum cōuenissent:euestigio stultus verbis latinis: Aues per multe sunt inquit.existimans que ab eo latine dicebant/ aues minime intellecturas. Rursus fugientibus auibus:cum auceps captura frustraret:hominem acerrime ꝙ locutus esset obiurgauit. Tum stultus:nūquid latine sciunt inquit aues. Existimauit doctor ille:nō ad sonū sed ad sensum verboꝝ/ tanꝙ ab se intellectā vocē aues fugisse.



¶ De libris Sibyllinis

Accipe Tarquini/libros eme si placet/atq̧
Auri tercentum nūmos mihi solue philippi.
Quod si forte nouem tibi sumere displicet omnes
Igne cremam certos reliquis cōtentus abibis:

Aenee verba ad Sibyllam ex sexto.enei.

Te quoq̧ magna manent regnis penetralia nostris:
Hic ego nanq̧ tuas sortes/arcanaq̧ fata
Dicta mee genti ponam:lectosq̧ sacrabo
Terquinos tibi virgo viros:tua verba loquentes.

Anus hospita atqȝ incognita/Tarquinū superbū regeȝ adijt:nouem libros ferens:quos esse dicebat diuina oracula. Eos velle dixit venū dare. Tarquinus preciū percūctatus est. Mulier tercētū philippeos poposcisse fertur.qui aurei tunc p̄ciosi erant. Rex quasi anus desiperet risit. Tum illa foculū corā eo cum igne apposuit. Tris libros ex nouē deurit. Et nunquid reliquos sex eodem precio emere vellet regem interrogauit. Sed eni Tarquinus id multo risit magis. dixitqȝ anum iam p̄cul dubio delirare. Mulier ibidē statim alios tris libros exussit. Atqȝ idip̄m denuo placide rogauit. Tris reliquos eodem illo precio emat Tarquinus ore iam serio/ atqȝ attentiore animo fit: Eam cōstantiam confidentiamqȝ non insuper habendam intelligit. Et libros tris reliquos/mercatur nihilo minore precio:q̄ȝ quod erat petitum p̄ omnibus. Sed eam mulierē tunc a Tarquino digressam:

postea nusq̄ loci visam cōstitit. Libri tres in sacrarium cōditi / Sibyllini appellati: Ad eos quasi ad oraculum / quindecim viri adierūt / cum superi publice cōsulendi forent. Vide Lactan: li: 1. de falsa religio: ca: 6. aul. gel. li: 1. ca. 19.




¶ De fatuis cathenatis

Vittura perstringunt fatui plerumq̄ cathenis:
Et patulum signum dant ita stulticie.
Anulus appositus digito / nota philosophie est:
Indicium sponsis / cōiugibusq̄ facit.
Carceris et seruitutis dant vincla cathene:
Insanicq̄ hominis publica signa ferunt.
Quoq3 magis rationis egent: tanto magis illas
Multiplicant: geminant has quater: aut decies.
Diue leonarde qui carceris atq3 cathene
Vincla adimis: fiant libera colla precor.

Ordinis equestris quidā mediolanēsis / miles gloriosus: qui orator florentiā venerat: quottidie in ostentationem diuersas varij generis cathenulas deferebat. huius inanem iactantiā vidēs Nicolaus nicolus vir doctissimus / et ad iocos promptus: Ceteri stulti inquit vnica cathena se vinciri patiunt: huius autem insania tanta est: vt nō sit vna cathena cōtentus. Demonstrans nimie insanie signū esse manifestū: liberū hoiem collo suo tam multiplices circūdare cathenas.



¶ Quod dormientes multa non considerant



Si fauste arridet nobis fortuna: quietos
Contrahimus somnos: cura nec vlla premit.
Tangimur aduersis rebus si forsitan olim:
Mox vigil exurens cura seuera coquit.
Multa latent nos/dormimus si quando/patebunt
Postea cum vigilant lumina nostra palam.
Vir sepe vxorem de re cōmendat inani:
Quam tandem culpam sentit habere grauem.

Mercator quidā coram dn̄o cui subditus erat: vxorem inter cetera cōmendans: cum dixisset illā nunq̄ꝫ ventris crepitum edidisse: Miratus dn̄s: idq̄ꝫ negās fieri potuisse: deposito inter eos opipere cene pignore: ꝙ anteq̄ꝫ tres exissent mesnes aliquos crepitus ederet vxor. Mercatorem postridie rogauit vt quingentos sibi aureos / infra octo dies reddendos mutuo cōcederet. Grauabatᷣ ille/ tantam sūmam ab eo mutuo concedendā. Assensit/ egre tamen: et pecuniam cōcessit. Cum sollicitus diem cōuentum expectasset: accessit ad dominū creditam pecuniam poscens. Alter tanq̄ꝫ re grauiori pressus/ rogauit mercatorem velut in arcto cōstitutus/ vt ꝓ re admodū graui/ alios quingētos mutuaret. et se omnes infra mensem pollicetᷣ restituturū. Cum bonus vir/ diutius inopiam preferens denegasset. Tamen ne et reliquoꝝ solutio deficeret/ multis suspirijs et alios quingētos attulit. Domū reuersus mestus/ atq̄ꝫ animo eger/ multa cogitās: plurima dubitās/

agebat noctes insomnes. vigilans sepius audiuit vxorem dormientem edere ventris crepitus. Post mēsem dn̄s mercatorem ad se vocauit: sciscitans an vnq̄ȝ postea vxorem crepitantem audisset. Tum ille errorem suum cōfessus: Totiens inquit vt ne dum cena sed totū patrimoniū cōsumendū fuisset. Hoc dicto pecunie reddite/ et cena soluta. Multa itaqȝ subterfugiūt dormiētes. Unde dici solet quoniam is qui dormit neminem mordet.



Differre rem difficilem salubre sepe est.

Magna salus homini est/rem q̄ȝ vitare nequibit:
Protrahere: vt fiat tardior illa tamen.
Tempora sepe iuuant: minuunt quoqȝ sepe dolorem:
Remqȝ grauem faciunt tempora sepe leuem.
Consilium differre valens per tempora noctis:
Fert magna/ex parua/cōmoda sepe mora.

Tirānus ad exhauriendum bonis subditum/qui se multa facturum iactabat: sub graui pena precepit vt asinum litteras doceret. Ille impossibile ait fore: nisi multū temporis sibi in erudiendo asino concederet. Petere quantum vellet iussus: decēniū impetrauit. Deridebat ab omnibus quoniam rem impossibilē suscepisset. Ille amicos solatus: nil timeo inquit. Nam interim aut ego moriar: aut asinus: aut dominus. Quibus verbis ostendit: salutare esse rem difficilem in longum protrahi ac differri.



¶ Difficile est naturam mutari

Naturā expellas furca:tñ vsq₃ recurret
Et sua perrūpet furt m vestigia victrix.
Sepe mali mutant homines sibi cōditionem
Atq₃ statum:at mores nequeūt mutare malignos.
Nil cattus querit nisi muribus insidiari:
Naturā sequit̄ bestia queq₃ suam.

Catta quedam delitium erat formosi cuiusdam adolescentis. Quam ille vt in feminā mutaret venerē dep̄catus est Dea miserta cupiditatis adolescentuli : cōuertit best am in speciosam puellam. Cuius forma inardescēs adolescētulus :adducit illam secum domum. Quibus cōsidentibus in cubiculo. Venus volens periculū facere nūquid illa cum corpore mutasset ⁊ mores:murem imisit in mediū. At illa/⁊ eoꝝ qui aderant et cubiculi nuptialis imemor:e cubili cōsurgēs murem insequebat̄ illum comedere cupiens. Tunc dea indignata/eam iterū in suam restituit naturā. ¶ Hec fabula inuit scelestos homines etiā si cōditionem statumq₃ mutent:tum mores nequaq̄ꝫ mutare. Consuetudinis eni magna vis est/vt inquit cicero. intantū vt Marone teste: adeo in teneris consuescere multum est. Et que natura dedit tollere nemo potest.



¶ De breui contra pestem ad collum suspendendo

Predicat interdum populo: is qui vendere nugas
Perdidicit: miscens dulcia verba dolis.
Persuadent multi/ quod credula turba receptat
Et sequit: falsum dum putat esse bonum.
Sed dum perspicit clara hoc in luce dolosum
Apparet tandem qui latet ante dolus.

Fuit in vrbe Tiburtina frater quidam ex his circulatoribus/ qui in vicinis pagis & vicis ad rusticos predicant/ pollicebat (erat enim vehemens pestis suspitio) se daturum eis certum (vt aiunt) breue: quod ad collum qui gestarent/ nunq̄ peste possent perire. Stulta plebecula hac spe cōmota: precio quo poterant/ breuia redimentes: ad collum filo virgineo suspendebant. Edixerat autem frater ne quis breue ante diem quintumdecimū reseraret. Id si fecissent: virtutē amissurū. Multis contractis nūmis frater recessit. breuia postmodū lectā sunt/ vt est cupiditas hominū noua cognoscēdi: in eis Italicis verbis scriptū erat: Donna si fili et cadeti lo fuso: quādo ta fieti tieni lo culo chiuso. Hec sunt latine: Mulier si filas & cadit tibi fusus: quando te flectis tene culum cōclusum. hoc omniū dicebat medicorum precepta exuperare et medelas. Docet hec historia: non omnibus fidem esse habendam que ab huiuscemodi circulatoribus fratercellis proclamantur. neq3 omnia ipsorum credenda esse verba: plerumq3 etenim gelidus iacet anguis in herba.



¶ De lupo comedēte porcū ꝑ pisce

Sepe iuuat rebus mutare vocabula priscis:
Atq̃ nouis verbis remq̃ notare nouam.
Hoc medici norunt: quid ꝑ quo sumere docti:
Et ꝑ pisce lupus sic sibi prendit ouem.
Decipere at facile est homines: sed fallere diuos
Haud potis es: cernit singula queq̃ deus.

Fertur fuisse lupus q̄ cum scelerū suoꝝ veniā querens cōfessorem adijsset: seq̃ ad satisfactionē cōdignā obtulisset: a cōfessore salubriter sibi iniūctā penitentiā accepit: quatenus deinceps a carnibus abstineret: sicq̃ a culpa ⁊ pena absolutus abiret. Lupus vero cum aliquātisper penitētie memor satisfacere mādatis ecclesie satageret: rabida tandē fame cōcitus pene defecisset: eo ꝙ cōmode pisces prendere nō poterat quibus gulā suā satiaret. Stans aūt casu/ quadā tēpestate ꝓpe ripā cuiusdā fluminis: vidit porcū pinguē se in aquis post potū lauantē. Memor lupus: qm̄ interdictū sibi erat reptilibus ⁊ pecoribus campi: pisces sectari ꝓponēs: flumen ingressus: Salue inq̄t dn̄e piscis: siue te lucium siue silurū appellē. Porcus vero cum se non piscem sed suem iureiurādo affirmaret: respōdit lupus. Sis ergo piscis si nō es. saltem penitētie memor deinceps carnibus abstineā. Fert idem fecisse episcopus quidā hispanus: qui dum iter faciēs die veneris ad hospitiū diuertisset: missoq̃ seruo q̄ pisces emeret: nō reperiri eos venales q̄ cum videret: duas perdices in foro esse patrono retulit. Ille eas emi ⁊ simul coqui ac in mēsam deferri iussit. Admirat⁹ ser uus

qui eas emptas ꝓ die dominico crederet: quesiuit ab ipso num eas esset esurus: cum tali die carnes essent ꝓhibite: Tum pro piscibus (inquit episcopus) vtar. Multo id magis seruo admiranti: respon sum: an nescis ait me sacerdotem esse: quod est maius inquit: ex pane corpus christi facere: an ex perdicibꝰ pisces: factoqꝫ crucis signo cum eas in pisces verti imperasset: ꝓ piscibus vsus est. Gaudeant itaqꝫ alchimiste si species rerum mutari possunt.



¶ De inequali societate

Qui purus mundusqꝫ volet persistere: nigris
Infectos maculis horreat ille procul.
Infuscare solent fumosa vetustaqꝫ ahena
Atqꝫ atras tactu linquere sepe manus.
Qui conuersat cum turpibus atqꝫ probrosis
Continuo turpis fiet et improbulus.
Non bene cõueniunt nigrum si iungit albo:
Stare diu poterunt haud bona iuncta malis.

Carbonarius cõducta in domo habitans: inuitauit fullonem qui eo loci ꝓxime venisset / vt eisdem in edibus vna habitarent. Ad quem fullo: O homo non est mihi hoc factum cõducibile. vereor enim ne tãdem quicq̃d ipse candifacerem: id omne tu carbonaria aspergine fuscares. ¶ Hec fabula innuit nullum cum flagitiosis habendum esse cõmertium.



De tyrānorum crudelitate.

Intolerabilius nil deteriusq; tyrānis
Pro temere faciunt singula qui abitrio.
Quem perijsse volunt/hunc deliquisse necesse est:
Nec quicq; pensi q; voluisse putant.
Si penes est aliquem conspecta pecunia:mox hic
Est furca dignus/tristibus atq; scalis.
Quo saltem eradant substantiolam miserorum
Hoc pacto incutiunt probra/flagella/metum.

Homo admodū pecuniosus erat in piceno in oppido cingulo: audiuit hoc tyrān⁹ loci:atq; ad eripiēdos nūmos animū adijciēs/quesiuit occasionē criminis/ qua illi pecunias auferret. Uocato ad se viro dixit: illū crimie lese maiestatis reum teneri. Cum is nihil cōtra eius statū aut dignitatem a se factū cōtenderet.perstabat tyrānus/asserēs illū capite esse mulctandū. Homo insons:quidnā tandē egisset cū postularet. Hostes inquit meos & rebelles qui cōtra me cōspirarūt: domi absconditos tenuisti. Sensit tandem ille suis nūmis insidias parari. Malens quoq; vite q; pecunijs parcere. Uerum est inquit quod ais mi dn̄e. Sed destina mecū satellites tuos : ego hostes illos ac rebelles tibi statim cōprehensos dabo. Missos itaq; lictores domū/ ad arculā in qua pecunia erat secū duxit. Eaq; aperta/capite hos inquit eue stigio.hi sunt enim nō solum domini:sed mei quoq; hostes acerrimi ac rebelles. Quibus delatis ad tyrānum: homo penā omnē euasit.

Nihil igit̃ immanius insolentia/auaricia/ꝛ crudelitate tyrãnoꝝ quos tamen tandem victoꝛ a tergo sequit̃ deus.



¶ Deum nihil latere

Diuinum quicunq̃ putat se fallere numen:
Se potius fallit/longius errat item.
Nam quecũq̃ potest moꝛtalis homũcio/coꝛde
Concipere: hec nouit: preuidet atq̃ deus.
Nil latet hunc: quicquid factum/pꝛesens/ve futurum:
Omne patet soli semper vbiq̃ deo.
Celemus q̃uis homines malefacta/doloſq̃:
At videt ipse deus crimina cuncta palam.

Vir quidã facinoꝛosus delphos se cõtulit apollinem temptaturus/habens passerculũ sub pallio/quem pugno tenebat. Et accedens ad tripodas: interrogabat deum dicens: Qđ habeo in dextra: viuit ne/an moꝛtuũ est? pꝛolaturus passerculũ viuũ si ille moꝛtuũ respõdisset. Rursus platurꝰ moꝛtuũ si viuũ respõdisset: occidisset eñ stati sub pallio clam/pꝛius q̃ pferret. At deus subdolã calliditatẽ hoĩs intelligẽs dixit: O cõsultoꝛ/vtrũ mauis facere: penes te nãq̃ arbitriũ est: facito. ꝛ siue viuum siue moꝛtuũ qđ in manu habes pferto. ¶ Hec fabula inuit mẽtem diuinã nihil neq̃ latere neq̃ fallere. Sic ꝛ alias duo adolescentes obsoniũ a coco mercati cõmuniter erãt. Ceterũ cũ coquus quibusdã negocijs domesticis intẽderet: alter adolescentũ partẽ obsonij in alterius sinũ misit. Conuertẽte autẽ se coquo/ꝛ partẽ carnis

que aberat requirēte: Qui carnem sustulerat: iurabat se nō habere. Qui ꝟo habebat/se nō sustulisse. Quibꝰ coquus/intellecta adolescentū argutia inq̄t. Et si me latet fur: tñ eū quē iurastis deū nō latebit. Innuēs ꝙ tā ꝛ si hoies celemꝰ: deū tñ neq̄ꝙ celare poterimꝰ.



¶ Uxoris fidem esse sequendam

Sunt duo qui nolunt solerti indagine/et acri
Scrutinio inquiri: sufficit ipsa fides.
Credere nō visis superis/diuisꝙ iubemur:
Coniugibus nostris est quoꝙ habenda fides.
Errat in imensum qui cura vrgetur inani
Hec super: et certa noscere mente putat.
Sit satis ipsa fides: sapit is qui credere non vult
Que contra vxorem turpia/fama refert.

Dantes quidā erat Florētinus: cuius vxor ferebat paruz pudica: cum sepissime admonitus esset a socijs/vt ꝓhiberet turpitudinē domus. vxorem acrius increpabat. Illa sciēs nō esse grautus piuriū adulterio/ multis lachrymis iuramētisꝙ honestatē suā tuebat: asserēs ea a maliuolis cōfingi qui eoꝝ quieti inuiderēt. Persuasus vir eiusmodi ꝟbis/cū adhuc amici in increpāda vxore perstarēt. O he ne me his verbis obtūdatis amplius: dicite (inq̄t) illa ne/an vos sua errata melius nostis: Cum illi vxorem affirmarēt. Illa inq̄t vos omnes mētiri affirmat. Cui soli magis q̄ vobis omnibus presto fidē. Sapiēter sane: qꝛ nō facile credere oportet his rebus quibus ꝑpetuus potest inesse meror.



De pertinacia mulierum.

Qui vitare potest mulierem: consulo vitet:
Rara etenim que sit casta et amica viro.
Quodcunq̧ vxoris in mentem venit inique
Hoc facit et loquit̄: vir licet vsq̧ vetet.
Si quod cõsilium cepit semel illa: necesse est
Hoc placuisse viro: nescit habere modum.
Asserit et si quid: vitam prius illa relinquet:
Quam sua cõmutet verba/ vel ingenium.
Quoq̧ aduerset̄ deliberat illa marito.
Ut vetitum faciat: iussaq̧ posthabeat.

Ea est peruicacia mulierũ: ꝛ ita q̄nq̧ ꝯstãt animo indurato: vt se mori malint q̄ꝫ cedere ex snĩa. Fuit igit̄ e nostris mulier quedã viro suo admodũ cõtraria: semperq̧ verbis eius obiurgãdo refragabat̄/ perstans in eo qđ ceperat/ ita vt superior esse vellet. Habita aũt semel cũ viro graui altercatiõe/ maritũ pediculosũ appellauit. Ille vt verbũ id retractaret vxor: verberibus cõtendebat: pugnis cedẽs ac calcibus. Quo magis cedebat̄: eo plus illa pediculosum appellabat. vir tandẽ verberãdo lassus: vt vxoris ꝑtinaciã superaret/ ꝑ funẽ in aque puteũ dimisit: suffocaturũ se dicẽs: nisi verbis eiusmodi abstineret. Mulier instãtius ꝑseuerabat/ etiã in aqua/ mentũ vsq̧ cõstituta / verbũ illud cõtinuãs. Tum vir: ne amplius loqui posset/ in puteũ dimersit. temptans si eam mortis ꝑiculo/ a verboꝝ ꝑtinacia posset auertere:

At illa loquēdi facultate adempta: etiā dum suffocaret᷑ q̄ loqui nequibat (Illam manib⁹ digitos cōprimebat sup caput erectis. Atqꝫ vnguilis vtriusqꝫ pollicis cōiūctis) saltē qd potuit gestu/ viro pediculos obijciebat. vnguibus em̄ eoꝝ digitoꝝ pediculi a feminis occidi cōsueuerūt. ¶ Erat alius qui vxorē que in flumie perierat/ querēs aduersus aquā ꝑficiscebat᷑. Cum quidā admiratus cum deorsum ſm aque cursum illam queri admoneret. Nequaqꝫ hoc modo reperiet᷑ inquit. Ita enim dum vixit difficilis ac morosa fuit: reliquoꝝqꝫ moribus cōtraria: vt nunqꝫ nisi cōtrario ꝛ aduerso flumie etiā post mortem ambulasset. Mulier si primatū habet: cōtraria est viro suo. Beatus qui habitat cum muliere sensata.



¶ De calliditate cōsilij muliebris

Callida sunt et plena dolis muliebria semper
 Consilia: in primis cum scelus vrget eas.
Deprense causasqꝫ nouas ex tempore fingunt:
 Excecantqꝫ viros cum voluere suos.
Consilium excellit subitum muliebre: virorum
 Quin et prudentum sepius ingenium.
Nunqꝫ deceptum is se dicat: quem sua coniunx
 Fallere non voluit: vel sua amica leuis.

Mulier ꝑpe Florentiā publici hospitis vxor admodū liberalis: cum quodā cuius vsu tenebat᷑ cubabat in lecto. Accessit interim improuiso ꝛ alter: Idem qd prior facturus quē ꝑsentiēs scalas ascendentē mulier/ atqꝫ obuiā facta:

acriter eum iurgare ⁊ vlteriori aditu arcere cepit: Asserēs nō esse tē pus quo ei satisfieri posset. rogās(que) vt euestigio abiret. Renitēdo altercādo(que) cum ali(qu)ādiu tp̄s tereret: supueniēs vir: q̄d sibi vellet ea cōcertatio quesiuit: Femina ad fallendū ꝓmpta. Hic inq̄t irato animo vult superius īgredi ad vulnerādū quēdā / q̄ in domū cōfugit / quem adhuc ꝯtinui / ne tātū facinus hic patraret. Ille q̄ latebat / his auditis verbis: sūpto animo cepit minari / se vlturū iniuriā dictitās. Alter iterū priori vim ⁊ minas intētare se simulabat. vir stultus quesita causa dissensiōis: onus rei cōponēde suscepit. Et cū ambobus vna collocutus pacē cōposuit: Soluēs etiā de suo vinū: vt vxoris adulterio adderet iacturā potus. Callida ⁊ vafra ꝑfecto sūt femine cōsilia in facinore deprehēse. vnde haud inepte Seneca tragedia quarta. Sed dux maloꝝ femina ⁊ scelerū artifex: cuius īceste stupris fumant tot vrbes / bella tot gētes gerunt: ⁊ versa ab imo regna tot populos premūt. Instruit omnis fraude feminea dolus.



De fletu vxorum in morte viri.

SEpe in morte viri geminat suspiria coniunx
Effundens lachrymas fletibus irriguas.
Vel quia leticia iubilat cor / lege soluta /
Quod sit morte viri libera facta sui.
Vel quia mesta timet redeat ne forte maritus:
Non fleuisse pudet vel quia turba videt.
In patera et faciem iuuat inspexisse mariti:
Unde graues gemitus / et lachryme obueniunt.

Ortulanus quidã: cum semel vxore iuuene (que pãnos lotũ ierat) absente: ex horto domũ reuertisset: cupiẽs q̃d mulier se mortuo dictura: et queãdmodũ se habitura esset audire: Se i aula ad terrã mortuo similis resupin⁹ ꝓstrauit. Uxor cum domũ onerata lintheis venisset: inuẽto mortuo ꝓut credebat marito: dubitãs herebat animo: statim ne viri mortẽ lamẽtaret: an prius (ieiuna enim meridiẽ vsq3 ꝑmãserat) comederet. Fama vrgente/ cibum capere decreuit: et frusto succidie supra prunas imposito: prepropere comedit: nihil pre festinatiõe potans: cum sitiret nimium ob carnes salitas: Sumpto vrceolo scalas cepit descẽre/ vt vinũ ex cellario hauriret. Superueniẽs de improuiso vicina ignis petendi gratia: Cum subito scalas ascẽdisset: statim mulier abiecto vrceolo sitibũda/ veluti tunc repente vir exhalasset animã/ exclamare cepit: et mortem eius multis verbis plangere. Superuenere ad vlulatũ ploratũq3 vicinia omnis / viri ac mulieres/ ob mortẽ tam repentinã. Jacebat enim vir atq3 ita spiritũ cõtinebat / clausis oculis/ vt oĩno expirasse videret. Tandẽ cũ visum ei esset/ satis ludoꝝ dedisse: vociferante muliere ac dicente sepius: O vir quomodo nunc faciã? Jlle apertis oculis/ male inquit vxor mea/ nisi continuo potũ vadas. Ex lachrymis ad risum omnes cõuersi sunt. Audita presertim fabula/ et causa sitis. vnde haud ab re dictũ est: vt flerent oculos erudiere suos.



De muliere que vt tegeret caput: posteriora detexit.

Nitimur interdum defectum auferre minutum:
Et grauiora quidem turpiaq3 incidimus.

Qui vulnus curare putat leue: sepius atrox
Mortiferumque vlcus promouet inde sibi.
Dum modicum fugimus nos sepe grauissima torquent:
Linquere parua putans magna pericla subit.
Qui texisse putat caput: illi contigit olim
Quod sua detexit posteriora palam.

Mulier capite ob defectũ cutis abraso: euocata foris a vicina ob rem necessariã: imemor pre festinatiõe caput tegere/ domo egressa est. Eam cõspicata altera femina increpat/ quod nudo capite atque inuenusto in publicum prodisset. Tum illa vt caput tegeret/ vestes retrorsus a natibus/ sublatas/ cũ caput cooperire vellet/ culum detexit. Ridere qui aderãt cepere mulieris factũ: que vt leuis pudoris culpã vitaret: maiorẽ cõtraxit indecentiã. Hoc eos respicit qui paruum delictum grandiori scelere occultare querunt. quẽadmodum et is fecit qui incidit in scyllam dumvult vitare charybdim.



De sacerdote qui decimã indebitã exegit.

Diuino sanccita quidem sunt iure statuta
Que decimas solui cum ratione iubent.
Has soluisse negans: penas subit ille feroces:
Jungitur et decimo spirituum inde choro.
Sed nisi de licitis nõ est ea danda/ et honeste
Quesitis: superis turpia nulla placent.

Brugis ea nobilis est in occidente ciuitas: in qua adolescentula haud admodũ scita fatebat̃ parrochiano peccata sua. Jlle cum inter cetera quesisset an debitas decimas traderet sacerdoti: persuasit etiam rei vxorie decimã esse reddendã. Quam iuuencula statim persoluit: domũ tardius reuersa: Admiranti viro causam more/absqꝫ vllo timore dixit. Vir rem dissimulãs: post quatriduũ parrochianũ ad prãdiũ vocauit. nõnullis adhibitis arbitris quo res fieret notior. Cum sederent in mensa: vir narrata prius fabula/ad sacerdotem versus. Postqꝫ inquit tibi rerum omniũ vxoris mee debet̃ decima: ⁊ hanc quoqꝫ accipies. Et simul vas stercore ⁊ vrina plenũ / ori admotum in mensa bibere compulit. Dignam quidem/rerum omniũ etiam turpium decimam illicite exigenti persoluens.



¶ De reliquiis bracharum cuiusdam monachi

Sunt qui decipiunt vanam per relligionem
Et populum ad questum per sua verba trahunt.
Relliquias clamant se circũferre sacratas:
Ossaqꝫ de sanctis: celicolisqꝫ bonis.
Sed tandem verum per se nitet: atqꝫ patescit
Quanto turba dolo credula decipit̃.
Et que relliquie vulgi pietate putant̃:
Esse ꝓphana quidem/vappaqꝫ vana/solent.
Sed quia mundus amat falli: si decipiat̃
Quod querit capiat: quod petit inueniat.

Accidit in ciuitate Amelie/ q nupta quedã mulier: et mota (vt opinari licet) bene agendi cõscientia: cõfitebatur peccata sua religioso cuidam. Hic inter loquendũ exarsit in concupiscentiam carnis: Et tandem multis verbis muliere in voluntatem suam traducta / querebatur facultas et locus rei cõficiende. Placuit vt mulier se egram fingens: hunc fratrem pro cõfessore ad se vocaret. Consuetũ enim est huiusmodi homines solos relinqui: vt remotis arbitris que ad animã spectant libera sit loquẽdi facultas. Illa ficta egritudine corporis/ lectum ingreditur: dolorẽ pergrandem simulat: confessorem accersit: qui vt ad eam venit: cum ceteri abijssent: solus solam sepius amplexatus: Cumqz diutius morarentur: interuentu aliorum/ frater veluti nõdum perfecta cõfessione abijt/ postridie reuersurus. Rediens/ mulieris super lecticam brachis positis: priori modo peccata examinat. Uir nõ nihil suspicãs/ de tam longa confessionis mora/ cubiculum ingreditur. Monachus subito interuentu perculsus/ brachas oblitus abijt. Maritus brachis visis exclamat/ adulterum/ nõ fratrem esse. Totaqz domus ad bracharum aspectum facinus indignum conclamat. Euestigio primarium cõuentus fratrum vir clamitans cõuenit. Indignũ factum conqueritur. Morteni malefico minatur. Alter qui senex erat/ iram cõprimit: asserens illum in ꝓprie familie/ suumqz dedecus exclamare. Taciturnitate et reticentia esse opus vt cõtegeret crimen. Maritus ita rem palam esse repertis brachis ait/ vt nequeat celari. prior ad id remedium profitetur. Asserturum enim se illas sancti Francisci brachas esse: quas frater ad liberandam tantis reliquijs mulierem portarit. Accessurũqz eo profitetur cum processione et pompa: brachasqz publice exinde reportaturũ. Probato consilio/ primarius ille/ fratres omnes cõuocat: Ac cum cruce vestibusqz sacris domum illius accedit/ brachasqz deuoto capiens: et tanqz reliquias religiosas: super peplum sericũ suspensis manibus ferens: Tum viro/ tum matri/ tum reliquis obuijs exosculandas porrexit. Et magna cum ceremonia et cantibus ad cõuentum deductas: in sacrario cum ceteris reliquijs locauit. Detecto postmodũ dolo: oratores eius vrbis/ ad sedem apostolicã/ questum eam iniuriam venerũt. Beatus qui sub simulata et falsa religione nunqz fuit deceptus. Licet enim sũma sit ratio que ꝓ religione facit. Augustini tamen testimonio: Sicut difficile reperiuntur meliores qz qui in monasterio ꝓfecerunt: Ita etiam se dicit nõ deteriores expertos qz qui in monasterio defecerũt. Unde nõ sine causa in veteri prouerbio dictum et adhuc etiam in more habitum est adagium. Omne vicium cõuertitur in nigrũ monachũ. Excessus tamen religiosoꝝ/ ꝓpter maius scandalũ sunt occultandi: vt canon inquit.



¶ Amatores mutos esse conspecta venere.

Stultus amor stupidos facit/et sine mente furentes:
Cuncqꝫ loqui cupiunt:non potuisse loqui.
Secum nocte diuqꝫ vigil meditat amator/
Que velit/aut deceat cum venere vsqꝫ loqui.
Sed postq̄ ille coram vultum conspexit amice:
Non audet/nec scit verba cupita loqui.
Sic mutos Venus ipsa facit:quos cecutientes
Ante Cupido facit:et sapuisse nihil.

Iuuenis quidam florentie/amore calebat mulieris nobilis atqꝫ honeste:q̄ ad tēpla ꝛ quocūqꝫ diuerteret frequētius sequebat. Hic cum socijs/ tēpus sibi ꝛ facultatē dari optabat: quo mulierē paucis verbis a se ad id ē meditatis ꝛ cōposiins/ posset alloqui. Cum semel ad templū sancte lucie festo die mulier accessisset:tēpus loquēdi adesse ex socijs vnus ait: cum vidsiiet eā solā ad fontē adire aque benedicte. Ille velut amisso spiritu stupidus: hortāte atqꝫ impellēte socio/ ꝑpe mulierem abijt. Oblitusqꝫ eoꝝ que cogitauerat:cū neqꝫ auderet loq̄/ socius aūt instaret vt saltem veba funderet. Tandē ille/dn̄a inq̄t ego sum vester seruitialis. Ad qui verba subridēs femina:satis supqꝫ satis famulorū habeo inq̄t domi/ qui ꝛ eam verrāt ꝛ scutellas ꝛ incisoria lauēt: vt pluribus mihi seruitialibus nō sit opus. Riserūt socij/ et homis stupiditatē:ꝛ bellū mulieris responsum. Nouit hanc amantiū stoliditatem poeta cum ait Incipit effari:mediaqꝫ in voce resistit.



De muliere excoriante asinum.

Quem sermone suo diffamat opinio vulgi:
Rumorem hunc pergit cõtinuare diu.
Quicq malus ppria est semel ex culpa reputatus:
Hunc fore presumit semper vbicq malum.
At nouus et maior/veniat si forte tumultus:
Postea/vel rumor criminis alterius:
Mox qui magnus erat clamor: vetera atcq quiescent
Murmura: fitcq frequens mentio sola noui.
Magna superueniens/solita est abolere priorem
Fama: nouis rebus turba studere solet.

Nobilis quedã matrona moribus alioqn indecoris pdita: castrũ quoddã nõ longe ab oppido / in mõte quodã satis celso sitũ incoluit. vnde quotiẽs familiares sui a foro domũ redijssent: nullũ aliuz in vrbe vigere vulgaricq rumorẽ nouũ referebãt: nisi de iniqtate & moribus dñe sue castellane. Mulier autẽ moleste ferẽs: oĩa fora dũtaxat sua cum diffamia celebrari: asinũ quẽ p lignoꝝ vsu in castro ꝯseruare solita fuit: viuũ excoriari fecit: pellẽcq tergo eius impositaz: asinũ ipm semilacerũ & cruentatũ: deorsum a castro in vrbem atcq p forũ / nemine comitãte incedere pmisit. Familiares vero cum a foro redijssent: si qd rumoris de se habitũ fuisset in foro mulier inqsiuit? Qui respõderũt. Nihil pfecto de te hodie sermonis in foro habitũ: Eo q cũ asinus quidam cruẽtus excoriatuscq/gerẽs in tergo pellem sibi detractã: forũ

E

peragraret: totius populi rumor fuerit: cui⁹ iam asinus iste fuerit? Qui tam fedū facinus excoriādi asinū ꝑpetrare voluerit: aut vnde loci bestia illa ꝑdierit: solus etenī ꝑgebat nullū habens comitē. Ad que mulier: Dijs inq̄t habēda gratia: qui recentiorē rumorē/ semꝑ veteri ꝓferri statuerūt: Et q̄ noua mala: vetustiora in obliuionē du cere solita sunt. Nam successore nouo cedere fama solet.



De pigritante iuuene

TArda nimis fiunt que sunt bene facta: morat̄
Nempe homines torpor/ somnus inersq̄/ leues.
Surgere cum expediat lecto: malesuada retentat
Pigrities/ fatui pectora/ mēbra/ pedes.
Heu q̄ꝫ difficile est/ stulto consurgere mane/
Et calidas plumas linquere desidie.
Nam ratio/ atq̄ animus/ surgamus manius inquit:
At sopor in lecto suadet habere moram.
Stulte quid in somno gaudes tantisper inani:
Mox quia dormibis/ cum vigilasse voles.

IUuenis quidā solit⁹ erat admodū tarde e lecto surgere: Cūq̄ socij eam tarditatē culparet: q̄due tam diu in lecto ageret ꝑcūctarent̄: subridēs respōdit: litigātes disceptā tesq̄ ausculto. Adsunt em̄ mihi mane/ e vestigio cū exper giscor due habitu muliebri: sollicitudo videlicet ⁊ pigritia: quarū al tera surgere hortat̄/ ⁊ aliq̄d operis agere: neq̄ diem in lecto terere. Altera priorē increpās/ quiescendū asserit: ⁊ ꝓpter frigoris vim/

in calore lecti ꝑmanendũ/indulgendũq corporis quieti: Neq sem per laboribus vacandũ. Prior insup/ratiões suas tuet. Ita vt cũ diutius disputẽt atq altercent: Ego tanq̃ equus iudex/nullã i partem declinãs: audio disputãtes Expectãs quo ad sint snia ꝯcordes. hoc fit vt surgã tardius: expectãs litigij finẽ. Cuius cõcertatiõis meminit Persius cũ ait: Mane piger stertis: surge inq̃t auaricia/ eia Surge: neges: instat surge inq̃t: nõ queo: surge. En quid agam ꝛc. Uerum igit est q̃ sapiens quidã inquit: Uigila ꝛ gaude: vite tibi tẽpus vigilia auget: somno minuit. Somnus breuis mors: ꝛ mors somnus longus



De eo qui querebat asinum quem equitabat

Nubilis est multis plerumq memoria tantum
Ut neq se noscant: nec sua facta sciant.
Nec memores si quid iam nunc fecisse vident:
Nec modo que faciunt hec meminisse queunt.
Querit exterius id quod deprendit intus:
Impingisq aliis quod met inique facis.

Mancinus vir rusticus Florentie/ frumẽto ad figignũ castrum asellis vehendo exercebat. Quos ille cõplures ad vecturã sumebat. Cum ille semel a mercatu rediẽs/ fessus e via ascendisset asinũ quẽdã ꝑstantiorẽ: cõputatis in via asinis qui preibant/ domo appropinquãs/ eoq quo vehebat minime adnumerato: visum est ei vnũ deesse. Turbatus igit ac reliquis asinis vxori quos restitueret cõmendatis: cõfestim eodẽ asino quo

ferebat/ad mercatū septem milibus passuū retrocedit: querensq; a singulis obuijs: an asinū quēpiā amissum reperissent: Cum omnes negarent: domū noctu merens & dolēs iacturā asini/ redijt. Tandē etiam ab vxore admonitus/ cum descendisset/ illum quem tanto studio & dolore asinum quesierat esse cognouit. Multi itaq; foris querunt quod intus habent.



De duobus gladiatoribus

Discipulis tanta est audacia sepe: magistros
Quod spernunt veteres: sciréq; cuncta volunt.
Ingratos sic se monstrant/ nimiumq; superbos:
Cum preceptores cōminuisse putant.
Felices igit iuuenes qui grata magistris
Officia ostendunt: premia/ verba/ vices.
Nam dijs equiualens nō possumus/ atq; magistris
Reddere: grata potest mens retulisse tamen.
Et veterem qui fastidit temnitq; magistrum:
Ille nouum inueniet/ qui mala cōcumulet.

Erat gladiator in pugillari sua arte exercitatissimus: cum quo qdā ex discipulis suis / ea lege instruēdus cōstituta mercede cōuenit: vt prsus nihil qd ad eā artē spectaret/ ab se occultatū esse vellet: sed in oībus eum pbe instituer et. Qui vbi se illius artis satis edoctū/ atq; pinde peritissimū euasisse existimaret: Magistrū cōtēnere cepit. Neq; dicere palā veri-

tus est se magistro suo pstantiorē. Intantū vt τ illū in certamē puocare nō erubesceret. Magister rubore atq; verecūdia pfusus (vt est illius Marcicolarū pfessionis pprīū) detractare tn̄ pugnā nō audebat. Conuento die τ loco cōgrediunt: quisq; p honore suo cōseruando q̄ maxime potuit decertat. artisq; sue periculū facit: more Daretis Entelliq;. Timēs aūt magister / eo q senior erat / neq; tam valide in corpore vires / ab adolescēte robusto τ agilitate sua subnixo succūbere: Quid negotij est inquit: putabā vni soli cōgredi: sed vt mihi videre videor: cum tribus pugnare oportet. Ille autem terga vertens / qui nam essent hi duo qui sibi assisterēt circūspexit. Mox magister ei vulnus letale in caput impegit: adijciēs: mihi inquit aliquid artis reseruaui: quo tuam temeritatē cōpescerem. Discant igitur discipuli: suos revereri magistros τ illis debitum impēdere honorem. Licet enim (vt est apud Ciceronē) multi discipuli meliores magistris: multos tamē τ stultos τ hebetes fuisse in scholis Socratis / τ Platonis legimus.



¶ De iuuene mingente supra mensam.

Vrinam retinere diu nocet: et facit egram
Vesicam: morbos parturit atq; graues.
Sed multi interdum mensa retinent honesta:
Surgere qui nequeunt / cum dolor vrit eos.
Illis nec sapidus cibus est: placidum neq; vinum
Quos vrina premit: verum abijsse pudet.
Idcirco o iuuenes: modicum potate: bibit nam
Qui crebro: huic etiam meiere crebro opus est.

Nobilis in Hungaria adolescens/a quodã quo cum sibi affinitas erat barone ad prandiũ vocatus: accessit cum famulis equester/eo q̄ lõgius iter erat. Cum vero ex equo descendisset: viri mulieresq̧ obuiam illi ꝓdeunt: adolescẽtemq̧ euestigio (et hora erat tardiuscula) ad triclinium cõuiuio paratum deducũt. Lotis deinde statim manibus: in mensa inter duas formosas adolescẽtulas hospitis filias iuuenis collocat. Qui emittende vrine cupiditate pre pudore tacita: neq̧ vlla data diuertendi facultate: inter edendum/mingendi cruciatu ita vexabatur: vt ciborum cogeret obliuisci. Cum vero omnes suspensum animi/remissioremq̧ in sumendo cibo viderent/ac hortarent ad edendũ. Ille dolore motus: dextra manu subtus mensam posita: penem occulte exertum/in alteram ocrearum/mingendi gratia dimisit. Adolescentula dextre proxima/Heus ede alacriter inquiens/ brachiumq̧ subito prehendens/ manum extulit supra mensam / virilia tenentem ac mingentem. vnde vrina mensa respersa est. Ad tam insolitum spectaculum risere omnes: adolescente admodũ verecũdia perfuso. Expedit igit ad mensam eunti prius vesicã suã vrina exonerare: et excrementum potus premature abijcere.



De fatuo qui dixit episcopum quadrupedem.

Magnates fatuos secum retinere laborant:
Par quia consortem gaudet habere parem.
Nam reticere nihil stultos decet insipientes:
Clam neq̧ magnates facta sua esse volunt.

Qui genere hoc hominum delectatur fatuorum:
Stultior est stultis: persimilis quoque eis.

Quidam episcopus habebat in delitijs fatuum / qui secum in lecto cubabat. Cum vero aliquando monialis in eodem lecto iaceret: sensit fatuus qui in inferiori parte cubabat: plures solito esse in lecto pedes. Tactoque vno pede / quesiuit cuius nam is pes esset: Suum esse respondit episcopus. Cum alterum / deinde tertium / ac quartum tetigisset: omnes episcopus respondit suos esse. Tum ille festinus surgens ad fenestram procidit: magna voce exclamans: Accurrite omnes ad videndum nouum et insuetum monstrum. Noster enim episcopus / quadrupes factus est / Ita patroni turpitudinem detexit. Insanior est certe fatuo qui fatuis delectatur. Nemo enim stultus (vt inquit Solon) tacere potest. Et rursus teste Cicerone. Minus stultus est is cui nihil in mentem venit: quam ille qui quod stulte alteri venit in mentem comprobat. Sed nimirum ne stultorum infinitus increscat numerus: idcirco nonnunquam a magnatibus exaltantur fatui sicut cedrus libani: protho que a secretis ipsorum recipiuntur: cum tamen excelsa stulto sapientia: et quomodo nix in estate: et pluuia in messe: sic indecens est stulto gloria.



De tutore qui rationem tutele reddere iussus erat.

Grassari plerumque solent / et cuncta pupilli
Perdere tutores / atque vorare bona.
Rem saluam fore qui iurant: sunt sepe minorum
Exitium: et glutiunt predia cuncta / et opes.

Hinc melius tutore foret caruisse pusillis
Pluribus: illorum nam malefacta nocent.
Reddere tutele rationem quando iubent:
Pro ratione sat est/plus superesse nihil.

Florētinus quidā ciuis/relictus tutor cuidā pupillo: cū bona illius diutius administrasset: oīaqz gule causa absumpsisset: Tandē cū posceret ratio gestoꝝ: Jussus a magistratu ꝓducere libros/introitus (vt appellāt) ꝛ exitus Os ꝛ nates ostēdit: dicēs nullos sibi nisi illos/alterū introitus/alterū exitus libros esse. Sic fit vt pupilloꝝ substātia sepe abhis disperdit qui illoꝝ tutele ꝛ administratiōi preficiunt. Tales etiā si se rem pupilli saluā fore cauturos offerāt: a tutela tñ remouēdos esse lex ꝑcipit: quia satisdatio tutoris: ꝓpositū maliuolū nō mutat: sed diutius grassandi in re familiari facultatem prestat.



De sacerdote qui loco capparū episcopo capones portat.

Prelati edicunt sanccitaqꝫ plurima ponunt:
Quo citius penas subditus inciderit.
Tot sunt presbyteros que rodunt/excoriantqꝫ:
Et loculos faciunt semper habere leues:
Ut neqꝫ scire queant: que prima/aut vltima soluant:
Aut quo se vertant: singula fisce voras.
Corrigere et punire decet mores inhonestos:
Innocuis nūmos sed rapuisse nephas.

Episcopus Aretinus aliqñ cõuocauit ad synodũ sacerdotes suos: precipiens vt qui aliqua in dignitate essent/ cum cappis ⁊ cottis (sunt eñ he vestes sacerdotales) ad synodũ ꝓficiscerent. Quidã p̃sbyter cui hec vestimenta deerãt: mestus domi erat: ignorãs vnde nam ea sibi pararet. Hunc cogitabundũ vultu dimisso/ cõspicata ancilla quã domi nutriebat: cum quesisset meroris causaz: dixit sibi cũ cappis ⁊ cottis scõm episcopi edictũ eundũ ad synodũ esse. Atqui inqt o bone vir non recte vim mãdati huius cognouisti: nõ eñ cappas ⁊ cottas: sed cappos coctos episcopus postulat: qui tibi sunt deferendi. Apprehẽdit sacerdos muliebre cõsiliũ: ⁊ secum cappones coctos deferẽs: optime ab episcopo fuit susceptus. Qui per risum retulit hunc sacerdotem solum rectius q̃ ceteros edicti sententiã cognouisse: Sic salibus nõnunq̃ ⁊ dicacitatibus seriosa etiam sanccita remittunt. Parturiũt montes: nascet ridiculus mus.



Dantis Florentini faceta responsio.

Principibus docti nõ quantum ius foret et fas
 Nempe placent: donant his quoq̃ sepe parum.
Sed si quem inueniunt qui moribus ingenioq̃
 Par sit eis: donant hunc precio eximio.
At quia doctrine nulla appreciatio digna est:
 Nullus honor: regum hinc gloria muta iacet.
Quod mimos/ putidosq̃ canes nutrire potentes
 Malunt/ q̃ dignos doctiloquosq̃ viros:

Fama ducum regumqꝫ cadit/iacet atqꝫ sepulta:
Et canibus similes: cõmoriunt͛ eis.

Dantes alligerius poeta Florentinus / aliqꝫ diu sustentatus est Verone / opibus Canis veteris principis de la scala/admodũ liberalis. Erat autẽ ⁊ alter penes Canem Florentinus/ignobilis/indoctus/ imprudens/ nulli rei preterqꝫ ad iocum risumqꝫ aptus. Cuius ineptie ne dicam facetie/ Canem ꝑpulerãt ad illum ditandũ. Cum illum veluti beluam insulsam Dantes vir doctissimus/sapiens ac modestus (vt equum erat) contẽneret: Quid est inquit ille/ ꝙ tu cum habearis sapiens ac doctissimus: tamen pauper es ⁊ egenus. Ego autẽ stultus ⁊ ignarus/ diuitijs presto? Tum Dantes: quando ego reperiam dñm (inquit) mihi similem/ ⁊ meis moribus cõformem: sicuti tu tuis: ⁊ ipse similiter me ditabit. Grauis sapiensqꝫ responsio. Semper enim dñi eorũ cõsuetudine/ qui sibi sunt similes delectant͛.



¶ De equite caluo cui crines deciderunt.

Nil stabile in rebus reperit͛ vbiqꝫ caducis:
Omnia mutant͛ more fluentis aque.
Inter cuncta tamen si que natura creatrix
Optima dat: poterunt illa manere diu.
Sed quod principio nobis natura negauit:
Id neqꝫ perpetuo stare et adesse potest.
Amissa est igit͛ deflenda pecunia nunqꝫ:
Quas fortuna dedit: tollit iniqua et opes.

Si vicium frontis alienus fucus inauret:

¶ Gloria frontis obit: cum color hospes abit.

Vir quidam mentitos crines gerens/dum equo vehebatur: ecce sibi validior ventus/ illos de capite sustulit. Risusq; statim magni a presentibus excitant. At ille inhibito equi cursu/ad eos inquit: Quid mirũ si crines qui nõ erant mei a me recesserũt. Illi quoq; recesserunt qui mecum fuerunt nati. ¶ Hec fabula innuit/non debere nos merere ob amissas opes. Quod enim nascentes a natura non accepimus: id non potest nobiscum perpetuo manere. Qui enim opes amittit non tam vite dulce perdit presidium: q; nõnunq; amarum potius euitat excidiũ. plures etenim propter opes q; ꝓpter inopiam periere. Nam qui opes amisit: et cum illis curas multas/periculũq; perpetuũ/et laborẽ custodie/ et perdendi metum reliquit: securitatem quoq; et requiem inuenit.



Contra mercatorẽ alios accusantẽ.

Rodimus absentum vitasq; actusq; verendos:
Et nihil est nobis quod/nisi nostra/placet.
Si vita alterius inquirit: ocius illum
Aut furem/aut nequam dicimus esse malum.
Multorum summa est alios carpsisse voluptas:
Alterius mores et taminare palam:

Sed responsa ferunt plerumqꝫ decentia tales
Ex quibus insipidos se fatuosqꝫ patet

CArolus mercator Florētinus ex his mēsarijs qui romanam curiā sequunt: accessit Auinionē ꝑut moris est mercatoꝝ qui in diuersis ꝓuintijs negociant. Romā deinde reuersus: in cōuiuio domesticoꝝ/ cum quereret ab eo interloquendū/ de vita ⁊ moribus Florētinoꝝ qui Auinione cōmorabant: Respondit/ gaudere oīes ⁊ alacres esse. Nam quicūqꝫ ibi per annū fuissent/ demētes efficerent. Tum Aldigherius quidā ex cōuiuis homo ꝑfacetus/ rogat Carolū/ quanto tēpore ibidē cōmoratus esset: Cum sex menses tm̄ Carolus respondisset: tum alter ꝙ̄ optimo inquit ingenio Carole extitisti: qui qd̄ alij anno/ tu sex mensibus ꝑfecisti. Salsum admodū hominis dictū inuehentis in eum/ qui alioꝝ vitam absentū carpebat. Cōmune id mortaliū vitium: vt alter alterum notet. vt est apud flaccum. Dixerit insanum qui me/ totidem audiet/ atqꝫ Respicere ignoto discet pendentia tergo. Tu carpis alios verbis licet: At tibi contra Euenit: inquirant vitia vt tua rursus ⁊ illi.



¶ De eo qui comedit carnes cuiusdā iudei

MUlta quidem appetimus ꝙ̄ primū vidimus: et mox
Conamur nostram hinc exsatiare gulam.
Sed nō omnia sunt stomacho immergenda cupita:
Sepe etenim in placitis dira venena latent.
Multos seduxit gula et immoderata cupido:
Quos piguit tandem nō resecasse gulam.

Cum duo iudei ex Venetijs vbi habitabãt se Bononiã cõtulissent: accidit vt alter morbo correptus interiret. Cupiens superstes defuncti cadauer venetias deferri: cum palam id fieri ꝓhibitum esset: minutatim cõcisum in paruo dolio posuit/admixtis diuersis aromatis ⁊ melle: Ita vt mirum immodũ suauis ex dolio prodiret odor. Hoc venetias ituro alteri iudeo cõmendauit. Qui cum nauicula secum per cannale Ferrariã dolium deferret: accidit (plures enim vna nauiculã cõscenderãt) vt Florẽtinus quidã prope doliũ cõsideret. Et cum nox superuenisset motus odore dolij/ac suspicatus aliquid ad vsum edendi recõditũ esse: clanculũ ore dolij retecto: cepit quod intus erat degustare. Et cum sibi cibus sapidissimus videret: totum fere doliũ edendo ea nocte paulatim cõsumpsit: existimans rem optimã comedisse. Egressurus Ferrarie nauem iudeus: cum doliũ auferret/sensit ex eius leuitate vacuũ esse. Tum iudei cadauere cum se fraudatũ vociferaret: tandem cognouit Florẽtinus/se iudei sepulchrũ esse. ¶ Ex quo monemur: non omnes appetitus explendos fore. Efficiendũq; (vt Cicero inquit) vt appetitus obediat rationi: eamq; neq; ꝑcurrat: neq; ꝓpter pigritiã aut ignorantiã deserat. Sunt eteni appetitus oĩs cõtrahendi sedandiq;: excitãdaq; animi diligentia: vt ne quid temere ac fortuitu incõsiderate/negligenter ve agamus.



¶ De Anthonij fratre ⁊ laico ac lupo.

Infido qui vult homini cõfidere/mirum
Non sit ei/si fors decipiatur eo.
Cuius enim ingenium/mores/natura/dolosis
Rebus agit: nouit nil nisi fraude frui.

E

Longius idcirco tales fugere vsq decebit:

Et nullam prorsus his habuisse fidem.

Religiosus ex his questuarijs qui p sancto Anthonio elemosynam petunt: agricole ad dandũ sibi nescio quid frumenti psuasit: ea pollicitatiõe vt assereret/ res omnes suas/ ꝛ oues presertim/ per eum annum saluas atq incolumes fore. Huiusmodi rusticus pmissis fidens: cum oues licentius vagari pmisisset: lupus plures ex eis comedit. Qua ex re indignatus villicus: cum anno altero: questuarius p frumẽto rediret: negauit se quicq daturũ: Et simul cõquestus est/ inanes suas fuisse pollicitatões. Sciscitatus causam: respõdit ab lupo oues suas raptas. Lupus inquit alter: o ho mala ea bestia est / et absq fide. Caue sis ab ea. Non enim sanctum Anthonium tantũ: sed ipsum christum si posset falleret. Stultum est his fidere quorũ exercitium in fraudando consumitur.



Predicator multum clamans quomodo confundebat.

Cui sua facta placent/ et se putat esse peritum:

Huic nihil in mundo q̃ sua cuncta placent.

Quicquid agit: rectum/ sanctum/ putat atq decorum:

Se preter/ cunctos noscere/ et esse nihil.

Sed sua dum blactrat latrantia verba: fit olim

Confusus ppria vt stulticia intereat.

Dum resonare putant modulamina dulcia: vulgus

Estimat archadicos rudere saccigeros.

Cum religiosus ad populũ predicans: sepius (vt stultorum mos est) magna voce clamitaret. Quedã ex astãtibus feminis: ad exclamãtis / veluti rugitũ / plorabat. hac re sepius animaduersa / religiosus existimans mulierẽ verbis suis / ex zelo dei et cõscientia motam flere: ad se vocatã rogauit: que causa esset gemitus? Et num verbis suis / mentis spiritu agitata: lachrymas illas pias (vt putabat) effunderet? Illã vero vocibus et clamoribus eius impulsam: se acriter animo cõmoueri et dolere respondit. Se enim viduã esse: cui olim asellus a marito esset relictus / ex quo partẽ sui victus traheret. Cum sepius (vt religiosus ille cõsueuerat) rugire die noctuque solitum: tunc vero a lupis deuoratum / se miseram sine subsidio reliquisse. Itaque cum predicantem illum audiret / magnis vocibus resonantem: similem illum voce (asino suo videri) Cuius recordatione cõmota / ad flendum etiam inuita compelleretur. Stultus ille latrator / potius quam predicator / sua stulticia confusus abijt: et cũ pcionatorẽ optimũ clamoribus suis asininis se existimaret: audire se parem esse asello cõmeruit. Credere enim se sapiẽtem / primus ad stulticiã gradus est: proximus cõfiteri et palam proclamare atque fatuitatem sua dare in notis.



De seruo et ouo.

Artifices famulis imponunt sepe labores:
Edicuntque operas his sine fine graues.
Sed parci ad victum nimis atque alimenta videntur:
His modicum prebent sepius atque cibum.

Unde ijs contingit ꝙ cum sua cōmoda auari
Inde auxisse putant: damna laboris habent.
Dandus enim cibus est seruis quo ferre labores
Iniunctos valeant: atqꝫ onus impositum.

Erat cuiusdā vicini mei seratoris famulus grādiuscul⁹ / alijs tñ seruis ꝛ arte ꝛ etate inferior: ꝛ ob id dñs suus illi vnū dūtaxat ouū solitus erat apponere: cū tñ alijs suis conseruis duo darent oua. vnde aliqñ iuuenis modeste surgens de mensa: ꝛ arrepta virga / ouū in terrā positū ante se ꝑ domum agebat impellebatqꝫ: adijciens / vade quere tuū sociū. Irascebat em̄ qm̄ socioꝝ oua cum comitatu venerant: suū vero ouū sociū perdiderat. ¶ Fecit huic haud absimile quidā alius noster cōtribulis: qui cum vnicū dūtaxat ouū a dño suo apponeret: quasi ꝑ stadij spaciū deambulauit: vbi grandiorē offenderet lapidē quo ouū suū frangeret. Cumqꝫ redijsset domū: ꝑquirenti magistro cur debitū intermisisset laborē: respōdit: quesiui magister lapidē vt ouū frāgerē: si duo dedissetis: vnū cū reliquo cōcussissem. Cibāda est familia decenter nō nimis delicate: ne lasciuiat: neqꝫ admodū parce: ne iniunctū cōsūmare nequeat laborē. Tantus em̄ cibus exhibēdus est (vt ait Tullius) vt vires reficiant ꝛ nō opprimant. Et vt sapiens inq̄t: qui delicate a pueritia nutrit seruū suū / postea eū inuenit ꝯtumacē.



¶ De eo qui ꝑ crepitū ventris cardinali ventulū fecit.
Sunt quidam assueti viuant vt delitiose:
Atqꝫ sibi fieri quod libet vsqꝫ volunt.

His si quod nolunt interdum fiat: habebunt
Aequo animo/atq ferent q patienter idem.
Ventulus vt fiat/si quem natura negauit
Poscant: is saltem quem dedit ars capiant.

CArdinalis quidã de comitibus vir crassus ꝛ corpulẽtus: cũ aliqñ venatũ isset. esuriẽs circa meridiẽ ad prãdiũ descẽdit/sudãs ad mẽsam (estas eñ erat) ac poscẽs vt vẽtꝰ flabello sibi fieret. Cũ ministri abessent diuersis rebus occupati: Iussit quẽdã Eberhardũ lupi/scriptorẽ apostolicũ sibi ventum facere: At ille: nescio id vestro more cum respondisset: Ut scis/ait/ꝛ tuo modo cardinalis facito. Tum ille/libens me Hercules: ꝛ suspẽso dextro crure/ꝑgrãdẽ ventris crepitũ edidit: Eo pacto se vẽtulũ facere solitũ dicẽs: Quo excitati oẽs (multi eñi iam aderãt) ad risuz sunt maximũ cõpulsi. dignꝰ q vẽtris crepitũ acciperet: q inuito Eolo vẽtos excitari mãdauerat. O he quãta patimur ꝑ eccl'ia dei.



De monacho peierante.

SI quis forte homines meliores querat in orbe:
Claustra adeat: quibus est relligiosa cohors.
Si quis item querat hominem quoq valde malignũ:
Hunc dabit et claustrum relligione carens.
Que bona sunt/monachus bonus vsq operat agitq:
Que mala sunt monachus cogitat vsq malus
Quicquid enim in mentem monacho descendit iniquo:
Hoc facere audebit: nec pudor vllus adest.

Arnoldū zum lufft iuris vtriusq; doctorem: hoiem impꝛī mis ingeniosum ad recensendū si q̄spiam rem dignā audierat: nobisq; amicissimū: cū aliqn̄ de monachoꝝ quoꝝū daz insolētia atq; temeritate subiret mētito / dicere solitū audiuimus: se cū aliqn̄ pluribꝰ comitatus vrbē exiuisset / vbi pestis ꝑ tēpore deseuierat: atq; ꝑ liguriā iter / alpes versus faceret: Ligures pestilētie metu ita passus suos oppidaq; ⁊ ciuitates obſuabāt: vt nullū intromitterēt / nisi prius iuramēto firmasset se nō venisse ex vrbe Romana. Cunq; ad Cumas deuentū esset: custos porte / eū dē dn̄m Arnoldū ab ingressu ꝓhibuit: dum iurare nollet se ex vrbe minime ꝓuectū. Dicebat em̄: esto nō venerim ex vrbe: nō t̄n sumus in nostris terris ad iusiurandū faciles: atq; his dictis retrocessit. Statuit em̄ sese recipere velle ꝑ ista nocte ad aliqd̄ villagiū. Quod videns frater quidā religiosus qui cū ipsis in comitatu / vna ꝑgebat. Dn̄e doctor inquit quid negotij est: quare nō recta ciuitatē ingredimur? Qui cum sibi rem exposuisset / iuramentūq; ab eis exigi: Ha dixit frater ille: ego ꝓ omnibꝰ vobis iurabo. Nunq̄ em̄ iuramēti obmissio efficiet: vt eius metu hoc noctis in straminibꝰ dormiā. possum iurare quotiēs libet. habeo manū: nec est opus mihi vt ab alio accomodā. Non cogitauit bonus ille frater: qm̄ iurisiurādi religio cōtēpta / deū vltorē habet. Et qd̄ nullū vinculū ad astringendā fidem: iureiurādo nostri maiores esse arctius voluerūt. Et qd̄ affirmando quasi deo teste ꝓmiseris: id nō facere piuriū est / vt Cicero inq̄t.



De votum faciente qui dedit putamina deo.

Propter auariciam superis molitur auarus
Insidias: reputans fallere posse deum.

Celicolis votum qui prestitit: impleat illud:
  Promissis studeat efficere atq; satis.
Non vouisse/foret melius/q̄ fallere vota.
  Pollicitis nostris non eget ipse deus.

Viator longum ingressurus iter/vouit si quid inuenisset/ eius dimidiū se Ioui oblaturū. Inuēta autem postea in ipso itinere/pera palmularū & amigdalarū plena: comedit omnes palmulas amigdalasq;. Sed harū nucleos/illarū putamina ad aram quādā obtulit inquiens. Habes Iuppiter quod tibi vouerā. Quod em̄ inueni/eius & interiora & exteriora tibi offero. ¶ Hec fabula innuit auarū hominē ꝑpter pecunie cupiditatē/etiā diis moliri fallacias. Scriptū est autē: Vouete & reddite dn̄o deo vr̄o oēs q̄ in circuitu eius offertis munera. Melius est em̄ non vouere q̄ vota ꝑut melius potest nō ꝑficere. Grauius em̄ puniunt qui votum fecerūt/& votum nō ꝑfecerūt: q̄ illi qui sine voto mortui fuerūt: & tamen bona egerūt opera. Et sapiens inquit: Ruina est homini deuotare sanctos: & post vota retractare.



¶ De aucupe quem lesit serpens.

Fraudibus insidias aliis quandoq; locamus:
  Nitimur occulte ledere eosq; dolis:
Tendere forsan eis dum retia dira putamus.
  Alterius capimur retibus atq; dolo.
Cogitat interdum vicinum perdere vafer:
  Non bene prouisis cassibus at capitur.

Auceps quidā sumptis aucupatorijs retibus/ad venandū ꝓcessit. visoq palūbo in cacumine arboris sedēte: cōpositas artificiose arūdines/ cū reti ad auem clāculū admouebat: sperās illā se venari posse. Qđ cū agit/ in altū intuēs iacētē viperā pedib⁹ pressit. Que exasperata dolore/ hoīem momordit. At ille iam deficiēs: miserū me inqt: qui cum alterū venari volo: ipse ab altero captus pereo. ¶ Hec fabula innuit fraudulētos hoies/ insidias suas occultare sepe: tñ ab alijs idē sustinere. Alterum igitur alteri insidiari nephas est. Ab alio quoq expectabis: alter quod feceris. ait Seneca.



¶ De augure qui furtum rei sue preuidere nō potuit.

Multi res ꝓprias male: socordesq ministrant:
Et regere attemptant facta aliena tamen.
Hi deridentur merito: quia rite probeq
Viuere si norant: res sua salua foret.
Qui sibimet sapiens ꝓprijs in rebus/ egebit
Consilio: insipiens: et nihil ille sapit.
Diuinare volens alij/ et narrare futura:
Presentem ꝓprium/ pensitet ille statum.

Vaticinator quidā in foro sedēs/ sermocinabat. Tum sibi quidā ꝑsto fuit/ trepidāsq denūciat: fores domus ei⁹ refractas esse: oīaq direpta que in domo fuissent. Ad quē nūciū vaticinator gemēs/ ꝓperāsq/ cursu se domū recipiebat. Quē currētē quidā intuēs. O tu inqt q̄ aliena negocia te di

uinaturũ ꝓmittis/certe tua ipsa nõ diuinasti. Hec fabula ad eos spectat:qui res suas nõ rite administrãtes:alienis/que nihil ad eos attinẽt ꝓuidere ac cõsulere conant. probe igit inquit Tullius. Qui sibiipsi sapiens prodesse nequit: ne quicꝙ sapit. Et satis inciuile est ait iuriscõsultus: eos qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscunt:aliorum curam subire.



Quare lupi sectant oues/ ⁊ sacerdotes insidias faciãt mulierib⁹.

Torua leena lupum sequitur:lupus ipse capellam:
Florentem cytisum sequitur lasciua capella:
Mars venerem:sine fine trahit sua quẽꝙ voluptas.
Deinde voluptatis finis certissima mors est.
Presbyter vt pestem fuge conspectum mulieris:
Urit enim:perdis/rem/corpus/famam animamꝙ.
Integro/seruire deo/quia corpore nemo
Qui mulieribus est deditus/vsꝙ potest.

Interrogat⁹ qdã sacerdos:quare clerici sp ĩsidias ponãt mulierib⁹/⁊lupi ouib⁹? Respõdit:egrotabat pastor qdã graui morbo laborãs: Intantũ vt sacerdotẽ ꝓ extremo suo viatico accersiri iuberet. Qui cũ vocat⁹ venisset:a rustico inq̃siuit an ne testamẽtũ aliqd cõdere aut ad pias causas quippiam legare vellet: Rusticus vero se testamentũ fecisse pastorale:et ad impias causas asseruit: In quo lupis oms suas oues: qm sp ab eis tutus/nulla vnꝙ dãna accepat. Sacerdoti suã ꝯiugẽ quã extreme se diligere ait legasse:apud quẽ iucũdi⁹ viuere posset. Et dume-

tis mantellū: q̄m ab ipsis sepe gratas accepisset vmbras: Quibus legatarijs dum post pastoris mortē/ heredes legata negarēt: bellū cōtinuo lupi ouibus: sacerdotes mulieribus: ꝛ dumeta mātellis indicunt. Sed heus dico tibi o clerice inquit Hieronymus: tibi de patrimonio christi viuere: nō scortari permittit. nunꝗ de mulierū formis disputes: femine nomen tuum nesciant: hospitiolum tuum femina nulla ingrediatur. Nec te vanis quibuscūꝗ fabulationibus excusari existimes. In sortem dei electus: non dicas: scortum mihi cominus: Sed portio mea dn̄s.



De eo qui in somnis aurum reperiebat.

Omnia deludunt nos spe plerumꝗ cupita:
Vana tamen tandem nos cito destituunt.
Gaudia somnorum venti de more recedunt.
Et nobis linquunt nil nisi inane chaos.
Diuitias si cui monstrent insomnia vana:
Ille aliquando lutum stercoraꝗ inueniet.
Hinc leuior somno reputatur inanior atꝗ
Qui firmat somno ꝙ sit habenda fides.

Amicus quidā noster: aurum a se repertū noctu per somnium/ referebat in cetu: Tum quidā: vide ne tibi accidat ait/ quod meo vicino: cui aurum in stercus cecidit. Qui cum somniasset ductum se a demone in agrum ad aurum effodiendum: ꝛ cum multum reperisset: Non licet inquit nunc demon auferre. Sed signa locum/ vt cognosci abs te solo queat. Cum alter quo signaculo vteret peteret: Caca hic demon inquit. nam hoc

maximo modo nullus hic aurum suspicabitur: et tibi soli res nota erit. Annuit vir et statim expgefactus/ sensit se in lecto ventrē admoduz laxasse: Inter fetorē et stercus cum surrexisset: domū exiturus capite caputium vltimo imposuit: in quo cattus ea nocte stercus fecerat. Iniquo fetore pmotus: inquinatū caput et cesariē lauit. Ita aureuz somniū in merdā rediit. Solent eñ somniātibus illusiōes fieri multiplices. Sed vt Tibullus ait: Somnia fallaci ludūt temeraria nocte/ Et pauidas mētes falsa timere iubent. Sed rursus Claudian⁹: Sōnia quinetiā varijs infausta figuris Sepe monēt. Nam et Carthaginensiū dux Hamilchar cum obsideret Syracusas: inter somniū se exaudisse vocē credidit: nūciātem/ futurū vt pximo die in ea vrbe cenaret. Letus igit pinde ac diuinitus pmissa victoria: exercitum pugne pparabat: In quo iter Siculos et Penos orta dissēsione: castris eius Syracusani subita irruptiōe oppssis: Ipsum intra menia sua vinctū ptraxerūt. Ita magis spe q̄ somnio deceptus: cenauit Syracusis captiuus: nō/ vt animo psumpserat/ victor. Alcibiades quoq; miserabilē exitū suum / haud fallaci nocturna imagine speculat⁹ est. Quo eñ pallio amice / sue dormiēs opertū se viderat: interfectus et insepultus iacēs cōtect⁹ est. Sed verū est q Claudian⁹ inqt: Oīa que sensu voluunt vota diurno: Tēpore nocturno reddit amica qes. Venator defessa thoro cū mēbra reponit: Mēs tñ ad syluas et sua lustra redit. Iudicib⁹ lites: aurige sōnia currus: vanaq; nocturnis meta cauet equis. Gaudet amans furto: pmutat nauita merces: Et vigil elapsas querit auarus opes.



Donati equi nō esse respiciēdos dentes.

Qui petit: et sperat fieri sua forte petita:

Grandia non poscat is: vel acerba nimis.

Difficilem poscit qui rem/docet ille negare:
Nam concedentem turbat iniqua petens.
Sunt ea pulchra satis:satis atq; venusta:petenti
Que gratis dantur:que nec emuntur ei.
Hinc fatuum reputant:cui si donabit amicus
Forsan equum:dentes/frenaq; conspiciat.
Maiori precio nihil aut grauiore parat.
Assidua q; res que venit empta prece.

AB Rodolfo Camerinensi quidam nobilis ex Piceno: equum dono petiuit. Cui tot cōditiōes ad pulchritudinē virtutēq; adiecit:vt nullo pacto talis equus inter sua armenta reperiri posset. Tum Rodolfus quo illius volūtati satisfieret:equam ꝛ scallonē(vt vulgo aiunt)ex suis elegit:atq; ad illum destinauit. Inquiens se ei instrumēta mittere/quibus equum suapte modo cōficeret. Cum nullus eiusmodi ꝓut postulasset: inter suos reperiret. ¶ Hec verba monent ne adeo exquisita petamus: vt aut difficilia sint/aut negentur honeste. Unde in ꝓuerbio dici solet.ꝙ equi donati dentes respicere noli: satis eñ sunt egregia et cōmendāda que gratis veniunt. Digneq; maiora ei denegant qui nō grato animo acceptat minora.



¶ De Judeo/qui cacando inuenit pecuniam.

QUi bona pro christi terrena relinquit amore:
Is tandem capiet centuplicata quidem

Nam bene facta deus linquit sine munere nunquam:
Dispensat iusto pondere cuncta deus.
Sed non cõtinuo dat cunctis/cuncta cupita:
Nec terrena bonis/premia distribuit.
Unde haud iure dei bonitas culpatur:in omni
Si non dat iustis que voluere/loco.
Expectanda dies homini est:quo tempore tandem
Huic conferre velit/illa vel illa deus.

Iudeum cum multi hortarẽtur ad christi fidem : egre ille bona sua dimittebat. Suadebant complures vt ea daret pauperibus: quoniã scdm euangelicam sententiam (que esset verissima) centuplũ esset recepturus. Persuasus tandem ad fidem conuersus est. Distributis inter pauperes/egenos/et mendicos bonis. Inde per mẽsem fere/hospitio exceptus est honorifice a diuersis christianis: cum ei omnes blandirentur et laudarẽt factum. Ille tamen qui precario viueret/expectabat in diem centupli pmissionem. Et cum multos satietas cibandi hominis cepisset: iamque rarus inuĩtator reperiretur:cepit homo admodum egere:ita vt ei necesse esset/diuertere ad hospitale quoddã. In quo morbo correptus/ad extremũ vite deuenit.cum sanguis per posteriora efflueret. Desperans itaque salutem/et simul diffisus pollicitationis centupli:ex anxietate quadam aerem querens:egressus est lectulũ/ ad secessum ventris/in pratulum ppinquum.vbi cum constitisset: quesitis post egestionem ad tergendum anum herbis: inuenit inuolucrũ lineum refertũ lapidibus preciosis : qua re ditior factus/adhibitis medicis cõualuit. Atque domo empta et possessionibus:vixit postmodum in sũma rerum opulentia. Cum ergo diceretur ab omnibus:ecce nõne verum prediximus/ tibi deum centuplum redditurum? Reddidit inquit ille. Sed tamen prius/vt vsque ad interitũ/cacarem sanguinem permisit. Dictum cõtra eos qui deum centuplũ rerum temporalium se semper restiturũ pollicitum fuisse/ his existimãt/ qui bona sua eius amore dereliquerũt. Cum tamẽ de eterno et celesti nõ de terreno centuplo diuina intelligenda sit sententia. In eos preterea dictũ:qui tardi in beneficio dando aut reddendo existunt. Cum tamen scdm Hesiodi sententiam Agros fertiles imitari deceat:qui fructũ multiplicatũ cum fenore reddũt. Et apud Plautũ legitur. Improbus est homo qui beneficiũ scit sumere:et reddere nescit.



¶ De eo qui liberauit hospitale a sordidis mendicãtibus.

Egroti plures se fingunt/quo magis illis
Prestetur tenuis absqꝫ labore cibus.
Sepius infirmus petit hospitale dolosus
Preripiens miseris/pauperibusqꝫ cibum.
Mendicant validi plures/qui prorsus ab vrbe
Pellendi/et digni verbere iure forent.
Crura ligant:baculis gradiunt/et vlcera multi
Unguine conficiunt: q̃ꝫ cruce digna cohors:

Cardinalis Barensis Neapolitanus genere/tenebat hospitale vercellis in Gallia citeriori/ ex quo parum percipiebat emolumẽti: ꝓpter impensas que in paupes ibi fiebant. Misit ergo de suis quendã petrillũ nomine ad colligẽdũ pecunias. At ille cũ hospitale refertũ varijs lãguidis ac morbosis bona loci illi⁹ absumebãt cõspexisset: vestimẽtis medici indutus/hospitale ingressus est. visisqꝫ diuersi generis vlceribus: cũ omnes conuocasset: Nulla inquit medela vtilis ad sananduum vlcera vestra adhiberi potest : nisi ex pinguedine hominis vngentum fiat. Itaqꝫ inter vos hodie sortẽ iaciã: qui pro salute ceteroꝝ/ viuus in aqua poni ac coqui debeat. Singuli his verbis territi aufugerũt. ne mortis sors i eos caderet. Eo modo hospitale impẽsa sordidoꝝ hominũ liberauit. Fit aũt plerũqꝫ vt tales q̃ validi ⁊ robusti sunt quos spanaldos vel galiotas vulg⁹ Italie appellat: mẽdicãdo miseris et vere debilibus panẽ auferãt: quos lex/ vrbib⁹ esse pellẽdos sancci

uit. De quibus in trinũmo plauti legit: de mẽdico male meret qui ei dat quod edat aut bibat: Nam ꝛ illud quod dat perdit: ꝛ illi produ cit vitam ad nequitiam. Unde glosa super Mattheũ. Justius fece ris si iniuste petentẽ correxeris: ꝗ̃ si ei dederis. Et Augustinꝰ Utilius esurienti panis tollit/ si de cibo securus iusticiã negligat: ꝗ̃ esu rienti panis frangat: vt iniusticie seductus acquiescat.



De equo qui noluit auxilio esse asino in onere deferendo.

Denegat auxilium socio qui tempore duro
Atq̃ oneris partem ferre recusat ei:
Cogitur interdum is totum sufferre laborem:
Atq̃ onus integrum sustinuisse humeris.
Maior participans / cum debiliore/ laborem:
Magnum onus incolumis/ iunctus vterq̃/ feret.
Dignus ferre quidem est pondus totum atq̃ laborem:
Dum potuit/ partem qui subijsse negat.

Vir quidã habebat equum ꝛ asinum: In itinere autem fa ciendo: dixit asinus equo: Si me saluũ vis releua me par te oneris. Equo illius verbis non obsequente: asinus sub onere cadens morit. Tunc dñs iumentoꝝ/ omnes quas portabat asinus sarcinas/ similiterq̃ coriũ qđ a mortuo asino exuerat: equo imponit: Quo onere depssus equus/ ꝛ gemẽs cũ clamore inq̃t: Ue mihi iumẽtoꝝ ĩfelicissimo: Quid mihi misero mali euenit:

Nam recusans partem: nunc totũ onus porto: insup ꝛ illius coriũ. Hec fabula innuit: maiores debere in laborib⁹ / pticipes esse minoribus: vt vtriqꝫ incolumes sint. Quapropter ꝛ Jetro moysi cognatus eũdem increpans ait: Stulto labore cõsumeris: vltra vires tuas est negocium: solus illud nõ poteris sustinere. Leuius autẽ erit tibi partito in alios onere. Nouit hoc apostolus gentiũ: qui Galathis scribens: alter inquit alterius onera portate. Unde ꝛ legisperitis christus imputauit: Ue inquit qui oneratis homines oneribus que portare nõ possunt: ꝛ ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas. Alligant em̃ (inquit dñs) onera grauia ꝛ importabilia: ꝛ imponunt in humeros hominũ: digito autẽ suo nolũt ea mouere.



¶ De patre qui somniauit filium suum a leone occidi.

Immineant si quando homini ventura pericla:
Deuitare potest tardius illa quidem.
Scit mutare licet / diuina / potentia / fatum:
Corrigere astrorum significata simul:
Naturam vires sinit at retinere frequenter:
Atqꝫ agere hanc ꝓprias / vix vetat ille / vices.
Posse deum mutare: fides sit certa: volũtas
Sed non semper adest: nouit habere modum.
Ob causam plerumqꝫ facit grauiora minatis:
Mitigat interdum fata seuera deus.

Filiū senioꝛ q̄dā habebat vnicū/generosi animi/ ⁊ venaticoꝝ canū amatoꝛē. hunc ꝑ quietē viderat a leone trucidari. Territus itaq3/ne somniū hoc/ aliq̄n sequeret̃ euētus: Extruxit domū quādā q̄3 politissimā: laquearibusq3 ac fenestris amenissimā. Illicq3 inducēs filiū. Assidu⁹ illi custos adherebat. Depinxerat aūt ea in domo ad oblectationē filij/ oīne animaliū genus: in q̄bus etiā leonē. Adolescēs hec inspiciēs: eo amplius molestiā cōtrahebat. Quadā aūt vice/ ꝓpius stans leoni inq̄t: O truculētissima fera/ ꝓpter te/ ⁊ inane patris mei sōniū: in hac domo obseruoꝛ velut in carcere: q̄d tibi faciā? Et hec dicēs/ manū parieti incussit: oculū leoni eruere volēs: Et in clauo q̄ illic latebat offēdit. Qua ex ꝑcussione/ manus emarcuit: succreuitq3 saniēs: ac febris subsecuta est. breuiq3 adolescēs est moꝛtuus. Ita leo adolescētē occidit: nihil adiuuāte patris sophismate. ¶ Hec fabula innuit: que vētura sūt/ deuitare posse neminē. Nā vt inq̄t poeta. quo fata trahūt/ retrahūtq3 sequemur. Quocq3 vocāt vertemus iter. Et alibi: foꝛtuna oīpotēs ⁊ ineluctabile fatū. Et Juuenalis fata regūt hoīes. Qui tn̄ et ipse ꝓfitet̃. Nullū numen abest si sit prudētia: sed nos te facimus foꝛtuna deam celoq3 locam⁹. Esse aūt ī libero hoīs arbitrio ista vitari auctoꝛ est. Maro dum ait: Felix q̄ potuit rerū cognoscere causas: Atq3 metus omnis/ ⁊ inexoꝛabile fatū Subiecit pedib⁹: strepitūq3 acherōtis auari. Et alius q̄ dixit: Sapiēs dominabit̃ astris. Et Lucanus: Et quo fata trahunt virtus secura sequet̃.



¶ De moꝛtuo vomente eucharistiam.

Cum tandem a misera chꝛistus discedere plebe
Constituit: liquit his monimenta sacra.

Saluificumq3 suum corpus:mortalibus vnum
Presidium:post se/contulit esse cibum.
Quem quisquis sumit digne:ille pericula mundi
Vitat:et emigrat tutus/ad astra viam.
Qui vero indigne capit:is sibi sumit amarum
Judicium:et mortis causa erit ille recens.

Quidam religiosus ex ordine Augustiuensium Romanus dum verba haberet ad populum:hortareturqꝫ ad cõfessionem peccatoꝝ: hoc miraculum sibi contigisse dixit. Cum noctu Rome in basilica Lateranẽsi cum aliis surrexisset: post mediam noctem ad matutinas horas deo canẽdas:ait: vocem e sepulchro (quo ante decem ⁊ octo diebus quidam Romanus ciuis conditus fuerat)prodisse/sepius cõpellantem/vt ad se adirent. Illos ad primam vocem territos : tum paulum confirmato animo: quo vox trahebat accessisse. Ac subinde mortuũ dixisse:ne timerent/sed irent/calicemqꝫ afferrent/⁊ lapidem submouerent. Quo facto/surrexisse mortuũ/ac hostiam sacratam quã ante mortẽ sumpserat/in calicem spuisse. Tum dixisse se damnatũ/maximis cruciari penis: eo ꝙ vsurarius frequens fuisset: ⁊ illud nunqꝫ pure cõfessus fuisset. hisqꝫ dictis cadauer recubuisse. Hec quidem nõ fabulandi sed a sceleribus deterrendi gracia retulimus : eo ꝙ res ꝓdigiosa ⁊ monstro similima censeri potest:Et ex eo colligi verissimum esse quod Canon dicit:ꝙ indigne sumens eucharistiam:plus polluit ꝗ̃ sanctificat. Licet enim ipsa eucharistia in se sit optima: ⁊ que nec bonorum dispensatorum meritis ampliat : nec malorum attenuat : in malum tamen conuertit indigne sumenti. Patet itaqꝫ:pura cõscientia offerendũ: et sincera mente sumendum esse tam omni veneratione dignissimum viaticum:sine quo ⁊ progredientiũ iter retardat : et scelerum culpa minus expiat. Mirabile reuera fuit quod deus mãna plueret patribus qui quottidiano celi pascebant alimento. De quibus dictum est: Panem angeloꝝ manducauit homo. Verum panem illum qui manducauerũt omnes in deserto mortui sunt. Hoc autem viaticum qui manducauerit nõ morietur in eternum: quinimo si mortuus fuerit viuet. Est enim panis viuus qui de celo descẽdit/vite eterne substantiam ministrans.



¶ De gallina saginata: et auca ponente singulis diebus ouum aureum.

Sanior est modicus cibus atqꝫ suauior vsqꝫ:
Quam ventrem si quis sepe replere velit.
Nō que pinguis erit/melior q̄ȝ macra figura est.
Et gracilis pocius forma/decensqꝫ iuuat.
Multos sepe vides crebro marcescere luxu:
Atqꝫ retardari pectora prona/gula.
Sic et auarus agit: quanto thesaurus inundat
Amplius: hoc tanto plus cupit atqꝫ sitit.

Mulier quedā vidua habebat gallinā / quottidie singula oua parietē. Sperās aūt p singulis/bina oua pariturā/ sibi plus escarū tribuit. Gallina vero pinguior effecta: ne vnū quidē ouū amplius facere poterat. Innuit hac fabula/ꝙ homies p luxū rerū et copiā marcescētes/ab instituta industria retardant. Unde et Hippocrates ī amphorismis docet: crassa et obesa corpora/que crescendi mensurā impleuerint: nisi cito ablatione sanguinis minuantur: in paralysim et pessima morboꝝ genera erūpere: et idcirco necessariā esse dēptionē. vt rursus habeāt in quo possint crescere. Et Galenus vir doctissimus in exhortatiōe medicine inq̄t: quoꝝ vita et ars sagina ē: nec viuere posse diu/nec sanos eē. Animasqꝫ ita nimio sanguie et adipibus quasi luto inuolutas: nihil tenue/nihil celeste: sed semp de carnibus eructare/ et ventris ingluuiem cogitare Hieronymus testat. Irridet aūt Horatius appetitū

cibo℞ qui cōsumpti relinquūt penitentiā. cum ait: Nocet empta dolore voluptas. Me pinguē ⁊ nitidū bene curata cute vises. Cum ridere voles Epicuri de grege porcū. ¶ Erat p̄terea alius q̄dā paterfamilias habens aucam altilē/⁊ que singulis dieb⁹ aureū sibi reponebat ouum: vnde homo is vehementer extitit e pauperie locupletatus. Sed (vti moris est auaro℞) arbitratus homo/ aucā intrinsecus plenā esse auro/volensq̄ citius locupletari: aucā occidit: illāq̄ repletā fimo ⁊ stercore reppit: dignūq̄ stulticie sue cōmodū reportauit. Sed sicut hi qui per insaniā mentis translati sunt: nō iam res ipsas sed fantasias passionis sue vident. Ita etiā mens auari: semel vinculis cupiditatis astricta (vt Ambrosi⁹ inq̄t) semꝑ aurū semꝑ argētū videt: semꝑ reddit⁹ cōputat. gratius intuet̄ aurū q̄ solē. Ipsa eius oratio ⁊ supplicatio ad deū/aurū querit. Et testante Juuenale Diues qui fieri vult. Et cito vult fieri. Creuerūt ⁊ opes: ⁊ opum furiosa libido: Et quo possideant plurima: plura petunt.



De mercatore naufrago/postea facto pastore.

Reddere damna solent homines quandoq̄ peritos:
Ut fieri timeant prisca pericla sibi.
Sponte perire cupit/damnum qui ceperat olim:
Si rediens eadem querat adire loca.
Naufragium passus semel atq̄ eiectus inundas
Fluminibus cunctis (si sapit) abstineat.
Tutius est/pauisse greges/iacuisse sub antro:
Quam fraudulentis fidere fluminibus.

PAstor in loco maritimo gregē pascebat: q̄ cū videret ma
re tranq̄llū: icessit eū cupido nauigationē faciēdi ad mer
catū. Itaq; venūdatis ouib⁹/coemptisq; palmarū sarci-
nis nauigabat. oborta autē vehemēti tempestate/ & naue
mergi periclitāte: om̄e pōdus nauis mari adiecit. Vixq; euasit exo
nerata naui. Paucis post dieb⁹: interrogat⁹ an iterū nauigare vel-
let: pacatū nāq; trāquillūq; mare videbat: respondēs inq̄t. palmas
iterū vult quātū itelligo: ideoq; imotū sese ostēdit. Hec fabula in-
nuit periciores effici hoies dāno atq; piculo. Qui eñ nauigat mare
(vt inq̄t sapiēs) enarrat pericula eius: & audiētes auribus nr̄is ad-
mirabimur. Exclamat Seneca. Audax nimiū qui freta primus/ra-
te tam fragili pfida rupit. Terrasq; suas post terga videns/ animā
leuib⁹ credidit auris. dubioq; secās equora cursu: potuit tenui fide-
re ligno Inter vite mortisq; vias/nimiū gracili limite ducto. Unde
interrogatus Anacharsis philosophus: que nā nauiū forent tutio-
res: Que in terra inq̄t quiete iacet. Cum enim quatuor sint digitorum
spissitudinis naues: tātū dicebat a morte nauigātes distare. Nescit
q̄d mali pterierit q̄ nunq; ingressus est mare inq̄t Terētian⁹. Nam
si cui etiā tranquillū se mare pbet: Insidiosa tñ tranq̄llitas: esca est
naufragij. Si semper turbidū esset mare: nullus hominū nauigaret.
Solet equor intrātibus planū esse: sed pgredientibus sepe montuo-
sum ac difficile sese offert. Quisq̄s igit naufragiū expertus enatasti:
cura ne iterū/fracto vitā remo/aut lacere debeas tabelle. Disce ter
renū animal terrā pati: & celū potius ambire q̄ pelagus.



De vulpe et leone.

COnsuetudo facit: vt que nimis horrida primum
Sunt visa: hec fiant mitia tandem homini:

Que quis principio timuit formidine magna.
Mox postq̃ assuescit/parua videntur ei.
Singula si numeres/nihil assuetudine maius:
Hec facit esse leue:quod/ fuit ante graue.
Queq̃ videbant̃ dura atq̃ horrenda:sequentur
Quam leuia ex vsu:qui toleranda facit.

Vulpes nullũ antea leonẽ cõspicata: cum illi aliq̃n ex improuiso obuiasset leo: ita cõspectũ eius expauit: vt parũ abfuerit quin extingueret. Qd cum postea iterũ accidisset:ad aspectũ q̃dẽ leonis exterrita est:sed nõ ita vt pri⁹. Tertio autẽ cum leonẽ eũdẽ esset intuita: nõ modo nõ est exterrita: sed etiã cõfidẽter adiens/secũ collocuta est:τ cõfabulata. Hec fabula innuit q̃ cõsuetudo τ ꝯuersatio facit: vt que maxime horribilia et reformidãda sũt:neq̃ horrida/neq̃ formidolosa videant̃. Verũ est itaq̃ qd Tullius in disputatis tusculanis ait:Consuetudo laborũ/ꝑpessionẽ doloꝝ efficit faciliorẽ. Nam ferre laborẽ:ꝯtẽnere vulnus/cõsuetudo docet. Cõsuetudis etẽm magna vis est. vñ Maro: Adeo in teneris cõsuescere multũ est. Hinc Terẽtian⁹. Quottidiane vite cõsuetudo:cuiusq̃ igeniũ/vt est/declarat maxime. Et Macrobius in Satur. Qui volet eligere sequẽda:vsum ꝯsulat:τ q̃d sit vtilius sanitati/expiẽtia docebit. Cõsuetudinẽ em̃/ secũdã naturã ꝑnũciauit vsus. Rerũ em̃ oĩuz mgr̃/vsus est/vt Juli⁹ celsus inq̃t.



Qui parere cupit cunctis/plerumq̃ periclum
Inde capit:damnum sustinet atq̃ graue.

Quisquis ad obloquium stultorum vertere sese
Cogitat: hic nunq̃ mente quietus erit.
Non potis est quisq̃ cunctorum viuere votis:
Nam tibi sepe placet/ quod mihi displiceat.
Sic vita est hominum: nulli nisi amata probantur.
Et quod quisq̃ probat: id putat esse bonum.
Quilibet idcirco viuat bene/ rite/ beate/
Alterius curet vanaq̃ verba nihil.

SEnex quidam pater cum adolescentulo filio/ precedente absq̃ onere asello quem venditurus erat/ ad mercatum ꝓficiscebat̃. Pretereūtibus viam/ quidā in agris opus facientes: senem culparunt: q̃ asellum nihil ferētem: neq̃ pater neq̃ filius ascendisset: sed vacuum onere sineret: cum alter senectute/ alter etate tenera/ vehiculo egeret. Tum senex adolescētem asino imposuit: ipse pedibus iter faciens. Hoc alij cōspicientes/ increparunt stulticiam senis: q̃ adolescēte qui validior esset/ super asinum posito: ipse etate cōfectus/ pedes asellum sequeret̃. Immutato cōsilio: atq̃ adolescente deposito: ipse asinum ascendit. Paulum vero ꝓgressus: audiuit alios se culpantes: q̃ paruulum filium/ nulla ratione etatis habita/ tanq̃ seruū post se traheret: ipse asello/ qui pater erat insidens. His verbis permotus/ filiū asello secum superimposuit/ hoc pacto iter sequēs. Interrogatus deinde ab alijs/ an suus esset asellus? cum annuisset: castigatus est verbis: q̃ eius tanq̃ alieni nullā curā haberet. minime apti ad totū onus: cū satis vnius ad ferendū esse debuisset. Hic homo perturbatus/ tot varijs sentētijs: cum neq̃ vacuo asello: neq̃ ambobus/ neq̃ altero superimpositis absq̃ calūnia ꝓgredi posset. tandem asellum pedibus iunctis ligauit: atq̃ baculo suspēsum: suo filijq3 collo superimpositū/ ad mercatum deferre cepit: omnibus ꝓpter nouitatem spectaculi ad risum effusis: ac stulticiam amborum/ maxime vero patris increpātibus. Indignatus ille: supra ripam fluminis cōsistēs: ligatu3 asinū in flumen deiecit. Atq3 ita amisso asello/ domū redijt. Itaq3 bonus vir/ dum omnibus parere cupit: nemini satisfaciens: asellum perdidit.

¶ Constat nempe eos qui ad vulgi opinionem veniunt: miserrima premi seruitute: cum haud quaq̃ possibile sit: cū diuersa sentiāt/ placere omnibus: diuersis diuersa probātibus. Nouit hoc poeta cum ait: Scindit̃ incertū studia in cōtraria vulgus. Et Persius. Mille hominū species ⁊ rerum discolor vsus: velle suū cuiq3 est. nec voto viuit̃ vno. Diuersitatē enim corpoꝝ: diuersitas sequit̃ animoꝝ. Et Flaccus inquit: Quot capitū viuūt: studioꝝ milia tot sunt.



¶ Fenorator ficte penitens in peius recidiuat.

Qui pro criminibus simulat/ quod penitet ipsum
Offendisse deum: se fore abinde bonum:
Decidit interdum scelus in peius recidiuans:
Amplius vnde nequit surgere ab interitu.
Usuram exercere frequens. vix deserit illam
Jam senior: quia nam turpia lucra placent.
Et que corporibus proprijs explere nequimus:
Hec pueros nostros perdidicisse iuuat.

Ab senem quendã fenoratorẽ qui artem se desijsse simulabat: accessit homo/ pecuniã sub fenore sumpturus: tulitqꝫ in pignus crucem argenteam in qua inerat portiũcula ligni crucis saluatoris nostri. Cumqꝫ peteret a sene / vt pecuniam mutuaret: ego (inquit) ab hoc fenorãdi peccato iam destiti. Sed vade ad illum filium meum ait (et nomen dixit) qui animã profligauit ac perdidit vt mutuet tibi. misitqꝫ domesticum cum illo / domum filij monstraturum. Cumqꝫ iam abijssent longius: heus tu (inquit domestico) dic filio vt meminerit: deducere de precio ligni pondus. Noluit qui ad conscientima se redijsse finxerat: vt filius lignũ crucis extimaret pro argento. Id vilius argento putans. Licet itaqꝫ clemẽtiã dei patris penitendo nos assequi posse/ desperare nõ debeamus: eo quod dñs ipse indulgẽtissimus/ remissurũ se penitentibus peccata promittit: et obliturũ omnes iniquitates eius/ qui iusticiã denuo ceperit operari: nõ tñ sinit sibi per falsam penitẽtiã illudi. Age-

re em̄ penitentiā nihil aliud est ꝙ ꝯfiteri ⁊ affirmare se vlterius nō peccaturū. Ignoscit itaqꝫ his qui ad peccata imprudēter/ignoranter/incauteqꝫ labunt. veniā nō habet qui sciens peccat. false quoqꝫ penitentie nunqꝫ venia promittitur.



De monacho qui mori voluit vt iudeus.

Naturam in propriam: morem ritumqꝫ vetustum
Progreditur queuis res/leuiterqꝫ redit.
Viuere consueuit qui turpiter atqꝫ probrose:
Is detestanda morte frequenter obit.
Cuius vita fuit vicijs imbuta iuuente:
Linquere sueta potest haud facile ille senex.
Heu ꝙ difficile est illi bene viuere: qui non
Assueuit: gessit verum opera vsqꝫ mala.

Aiunt qui Coloniā agrippinā nobilē rheni vrbē incolūt: Iudeū quēdā doctū ⁊ in lege sua rabi magistrū: ad christianismū/ ꝓuecta admodū etate peruenisse: atqꝫ habitū religionis beati Francisci primū assumpsisse: demū etiā diuiniloquendi studijs adeo incubuisse: vt in prestātem valentemqꝫ euaderet theologum. Is demum cōcionator publicus effectus: ad populum multo admodum tempore declamauit: sancte quoqꝫ ac probate iudicabat esse vite: Cum vero vltima etate: is mortifera se egritudine laborare cepisset: A fratribus quoqꝫ monasterij/alijsqꝫ eius egritudini compatientibus: interrogatus num vti bonus christianus/ animū suum morti future/addixisset. Puerū quēdam quem ad id operis instruxerat ꝓdire iussit: qui dextra quidem manu mu-

rem / sub humeris vero cattum seruabat: Sinistra vero leporem: rem intra lacertum quoqz canem sustinebat venaticū. Cunqz bonus ille frater: totā suā ab origine natiuitatisqz primordijs enarrasset vitam ꝛ cōuersationem: se quoqz in iudaismo natū: ꝛ senem admodū christicolarū mores expertū: neqz ab ingenita sua natura recedere posse disseruisset: puero ꝑcepit quaten⁹ quas teneret bestias in ꝓpatulū ꝓdire sineret. Cōtinuo catt⁹ murē / canis quoqz leporē sectat⁹ arripuit. Uidetis inq̄t: naturā falli mutariqz nō posse: Et ego pariter licꝫ christianus effectus: animū tn̄ ꝛ naturā iudei abijcere nunꝙ̄ potui: ꝛ nunc quoqz vti natus sum iudeus mori potius ꝙ̄ christianus exopto: factoqz vite fine: aīam patri suo diabolo exhalauit. Facilime etem̄ res in suam naturā redit. o mega quoqz ad alpha reuolat: cum extremitas retrahit ad principiū. Uñ ꝓinde in ꝯcilio Agathensi statutum fuit. ꝙ iudei (quorum perfidia frequēter ad vomitū redit) si ad leges catholicas ꝓdire voluerint: ꝓlixiori tempore inter cathecuminos priusꝙ̄ baptisent retineant. Et in concilio Toletano ꝓuisuꝫ fuit: ꝙ ex iudeis ad fidem cōuersi (quia ad vomitū ꝓni sunt) nō debent alijs iudeis qui adhuc in veteri ritu cōsistūt cohabitare: ne eoꝝ cōmunione subuertant. Sepe em̄ maloꝝ ꝯsortia etiā bonos corrūpūt: quāto magis eos qui ad vitia ꝓni sunt. Junior fui etem̄ senui: paucosqꝫ vidi a iudaismo / bonos integrosqꝫ vsqꝫ effectos esse christianos. Cedit idem retro / de terra quod fuit ante in terram: (inquit Lucretius) sed quod natū est ex etheris oris It rursus celi fulgentia sydera tangens.



¶ De Tubicine captiuo in bello.

Dans causam sceleri: multosqꝫ impellere curans
Ut male agant: peccat nō minus ille quidem.

Qui bellare nequit alios tamen incitat ore
Siue sono: ledit sepius ille magis.
Ad mala persuadens alijs peragenda: profecto
Dicitur hic autor: criminis atque reus.
Qui facit/assensum aut sceleri qui prebet: habetur
Ille nocens: pena plectitur atque pari.

Erat tubicen quidã qui cum in militia signum caneret: is interceptus ab hostibus ad eos qui circũsistebant pclamabat: Nolite meviri innocuũ insontẽque occidere: nullũ enim ego unque occidi: Quippe nihil aliud que hanc buccinam habeo. Ad quem illi vicissim cum clamore respõderũt: Tu vero hoc ipso magis trucidaberis quod cum ipse dimicare nequeas: ceteros potes ad certamen ipellere. Hec fabula innuit quod preter ceteros peccant qui malos et ioportunos principes psuadẽt ad iniq agẽdũ. tot eñ mortibus digni sunt: quotquot alijs morĩedi occasionem prestiterunt. Nam iuxta scripture testimonium: faciens et cõsentiens pari pena sunt plectendi: et pessimi plerumque sunt impulsores: sine quibus crimen nõ modo nõ perpetraret: sed ne in recordationem quidem veniret. Neque enim pdest alicui suo errore nõ pollui: si ipse cõsensum prestat erranti. Et qui peccantem nõ arguit sed defendit: acutius que ille qui offendit cohercendus est.



De eo qui harũdinibus predicauit.

Dicere que quis forte alijs phibetur aperte:
Solus secretis predicet illa locis.

Multa palam dici ratio disuadet et hora:
Que clam si fiant carpere nemo valet.

Romanus quidã ascendit semel maceriem in arũdineto sitam. Ac similis ad populũ cõcionanti: cepit ad arũdines loqui: disserens multa de vrbis statu. Inter dicẽdum/ex leui aura/harũdinũ capita ceperũt flecti. Homo ridiculus qui sibi harũdines ꝓ homibus sinxerat: tanq̃ pro cõtione gracias agerent. Non tanta reuerentia (inquit) dñi Romani: nam ego ex vobis minimus sum. Hoc postea in ꝓuerbij locum venit. Verũ multa in solitarijs licent locis: que in turba dici nõ licet: quemadmodum de Myda rege Gordij filio legimus: qui cum ob stulcicie sue penã/ab Apolline aurib⁹ asininis esset deturpatus: illaq̃ auriũ deformitas cum ceteros omnes preter tonsorem eius lateret: Tonsor vero nec reticere visum posset: nec ꝓdere cuiq̃ auderet: in agrum secessit/scrobemq̃ effodit: ac capite in eam demisso/tenui vocula retulit: Vidi vidi ipse patẽtes: Auriculas asini midas habet. Non multo post cum harũdines ibi nate/leui aura motarent: eadem verba que tonsor regius scrobi dixerat referebant. veluti autores sunt herodotus/trogusq̃.



De armato nobili qui multa presumebat sed parum faciebat.

Nemo adeo ꝓprijs confidat viribus vsq̃:
Vt se facturum/non facienda putet.
Sepe fit/vt nimium de se presumere nisus:
Nil valeat tandem perficiatq̨ nihil.

Facturum iactat fatans se grandia sepe:
Qui nec parua quidem: nec minima efficiet.
Corporis idcirco pensande/animi quoqꝫ/vires:
Ne promittantur que facere ipse nequis.

Tempore quo Fredericus imperator (qui in boncōuentu oppido Senensium defunctus est:) prope Florentiā ad secūdum lapidem/vt hostis castra posuit: multi nobiles ad tuendam patriam arma sumpserant: castris hostium insultantes. Tum quidam ex nobili familia iactabundus ascenso equo/armatus extra portam extento cursu ferebatur: increpans tarditatem ceterorum: qui veluti timidi tardius incederent. Seqꝫ/ vel solum/ clamitans cum hostibus congressurum. Cum militaris spatium currendo et vires suas iactando transegisset: videns quosdam vulneribus confectos ab hostibus reuerti: cepit paulatim incedere tardius/ lentoqꝫ passu proficisci. Audito vero hostium cum ciuibus pugnātium clamore/conspectaqꝫ a longe preliantium pugna: gradum fixit immobilis. Cum quidam qui eius iactatoris verba audierant: cur nō vlterius progrederetur ad pugnam rogarēt: Tum ille cum aliquandiu siluisset: tandem non sentio me ita fortem et strennuum armis esse ait: vt persuaseram mihi. Pensitande igitur sunt animi et corporis vires: neqꝫ plus promittendum ꝙ queas prestare. Multi longius absentem hostem verbis occidunt: Quibus viso hoste/ miliaris spatium solus salutare est thorace et lorica. Sed fit nōnunꝙ vt. Q. Curcius inquit vt glorie auaricia/et insatiabilis cupido fame: nihil nimium nihilqꝫ difficile videri sinat. Fecit haud absimile gloriosus ille miles: qui ad pugnam alios ita instruxit: vt ipse sibi loco caueret: tum vt Pyrrhus factitauit. Non memor: omnia cōsilio prius experiri ꝙ armis sapientem docere: et vbi cōsulueris mature/facto opus esse.

G



¶ De notario falso.

Sunt qui conscribunt plerũque negocia/et actus:
Contractusque hominum/concipiũtque nota.
Quorum tanta fides vt publica queque ferantur
Que tabula aut chartis pergameisve notant.
Qui si forte mali fuerint/falsive ministri:
Fallere sepe queunt: fraude dolisque alios.
Nemo magis potuit vnque collidere multos:
Quam cui magna fides/credulitasque fuit.
Inde operepreciũ foret assumpsisse probatos
Moribus: ad tantum/tam graue et officium.

Notarius quidã Florẽtinus: qui parũ questus arte sua faciebat: excogitata aliq̃d lucrã diversucia: adolescẽtẽ quẽdam adijt: petens nunq̃d ei satisfactũ esse de q̃ngẽtis florenis. qui olim patri per quẽdã iam defunctũ/mutui causa debebant. Inscius ille: negauit id debitũ in nominibus patris esse. Notarius id instrumẽto cõstare ab se facto asserens: iuuenẽ ꝓpulit: vt nũmus redẽpto instrumẽto: apud p̃torẽ debitũ peteret. Citatus filius eius qui debitor dicebat: negauit: parẽtem suum vnque mutuo quicque ab alio sumpsisse: cum nihil de ea re (vt mos est mercatorib⁹) libris suis cõstaret. Statimque ad notariũ ꝓfectus: vt falsum hoiem arguere cepit: qui qđ nunque esset actũ scripsisset. Tum notarius: Ne scis fili tẽporis illius acta inq̃t: cum nõ dum natus esses/ pater quõdam tuus/eam sũmã mutuo sumpsit: sed post paucos restituit men-

ses, eius rei ego cõtractũ finis feci/quo liberatus est pater. Ille pecunia data: instrumentũ redemit: et ea molestia pducto fine liberatus est. Itaq3 ab vtroq3 nũmos/bella fraude corrasit. Prudẽtiores ad cõquirendã pecuniã sunt filij huius seculi/ filijs lucis in generatiõe sua. Eiusmodi fuit Regulus ille testamẽtoꝝ falsator: quem Plinius omniũ bipedũ nequissimũ appellat: p eo q vt Juuenalis testat: Signator falso qui se lautũ atq3 beatũ Exiguis tabulis / et gẽma fecerat vda. Nullũ hominũ genus ad fallendũ multos perniciosius: q̃3 quibus maxima habet fides: Inopinata em̃ grauiora sunt mala: et tela nõ puisa plus ledũt. auctore seruio honorato grãmatico.




De lanione et corde abrepto.

Ordati ex damno fiunt homines sapientes:
Pleriq3 vt citius/damna futura notent.
Qui mihi damna dedit semel/hunc nisi cautius inde
Prouideam: poterit damna dedisse noua.
Sed mala qui semel est visus cõmittere: deinceps
Uitari leuius/planius atq3 potest.
Qui si prensus erit: mox hoc persoluet et illud
Et dignum factis supplicium ipse feret.

Canis quidã insilijt in macellũ/lanio in alia re occupato: et abrepto pecoris corde fugiebat. Ad quẽ lanius cõuersus/fugientẽq3 aspiciẽs: O canis inq̃t abi: vbicũq3 fueris te obseruabo: licet em̃ cor pecoris nõ tamen cor mihi sustulisti. Hec fabula innuit iacturã freq̃ẽter hoibus esse doctri-

nã. Unde Naso inquit: Qui semel est lesus fallaci piscis ab hamo: omnibus esse cibis era recurua timet. Cautiores sine dubio homies prudentes reddunt: post damnũ inopinato ab hoste illatũ. Docuisset autẽ primũ falli nõ potuisse iuxta Senece sententiã: Sapiẽs fallere nõ vult: falli autẽ nõ potest. Sed nimirũ/qui palã est aduersarius facile cauẽdo vitari potest. Et troianus equus (vt diogenes dixit) idcirco fefellit quia formam Minerue mentitus est. Sed nõ eo magis sapiens etiã si dãnũ casu accidat pturbari solet: eo ꝙ nunꝙ dicet: nũ putabã hoc feri posset: sed omnia puidet ordinat ꝛ pmeditat: vt etiã si corpore corruat: nunꝙ tñ animo cecidisse videt. Neqꝫ eni (vt Apuleius inquit) grauius est corpore ꝙ corde collabi: pede potius ꝙ mente corruere. Caueat tñ qui prudentẽ dãnificare semel conatus est: aues em̃ cõplanata area/iacto semine/ asuescũt/cibantur/damnificant: semel capte si sint.



De eo qui socium suum fecit pphetam.



Diuinare volunt multi et canere vsqꝫ futura:
Nota quibus minis est mens/animusqꝫ dei.
Diuinatores/vates/magici atqꝫ prophete
Nunc tot vbiqꝫ vigent: scriptaqꝫ tanta serunt:
Ut vix a falso verum dignoscere possis:
Et quid cõueniat credere/siue minus.
His vtinam bombi/eructusqꝫ penetret
Guttura: quo valeant certa referre noua.



Gonella quõdã histrio pfacetus: pollicitus est ob pauculos nũmos se quẽdã Ferrariẽsem (qui id admodũ cupie

bat) diuinũ esse facturũ. Accersito vt vnã secũ in lecto cubaret homi ne: ventũ tacitũ ventris in lecto emisit. Deinde eum in interiorẽ lectũ et subtus lodicẽ caput subducere iussit: quo facto/ cum ille fetore motus/ caputq statim exerens: crepitũ ventris (vt mihi videor) edidisti dixissent. Tum Gonella: solue nũmos/ nam recte diuinasti inquit. Alteri quoq vt diuinator fieret optanti: vnica (inquit) pillula te diuinũ reddã. Assentiẽti pillulã ex stercore cõfectã in os pbuit Ille pre fetore vomitans: stercus inquit sapit qd dedisti. Tum Gonella verũ illũ diuinasse affirmauit. et preciũ diuinationis poposcit. Cũ itaq hoc tẽpestate nostra tot futurorum vates totq diuini operiãtur qui ex cõiectura mẽtis sue/ incerta futurorum quasi vera pnũciãt. absq diuinorum auctoritate verborum: summe verendũ est ea periculosa instare tẽpora: quibus mũdus p pseudo pphetas affligẽdus sit: qppe qui dei spiritu carẽtes: et ppterea veritatis expertes: que futura sunt se ignorare facile cõuincunt. Cum em nõ diuinas voces sed humanas pmant: fit vt aut insani aut fallaces sese esse ostendãt. Quis em furiosus aut emote mẽtis/ nõ modo futura pcinere sed etiã cohe rẽtia loqui possit: restat igit vt fallaces sint q talia attẽptare audent. Sed nimirũ volũtas fingẽdi atq mentiẽdi est eorum q opes appetũt lucra desiderãt/ gloriolã vanã aucupant. Quib⁹ ergo adest studiuz lucri/ adest et volũtas et causa fallẽdi. Recto igit zeno et stoici opinationẽ repudiauerũt. Opinari em te scire qd nescias: nõ est sapiẽtis/ sed temerarij potius ac stulti. Unde si nobis in ea re sciẽtiã vendicemus que nõ potest sciri: nõne insanire videmur: qui affirmare id audeamus in quo reuinci possimus: quãtomagis q futura que sciri ab homine nõ possunt/ si scire se putant. furiosi demẽtesq sunt iudicandi. Recte igit socrates et eum secuti Achademici/ eam scientiã sustulerunt que nõ disputãtis sed diuinãtis est.



De eodem Gonella et eius mirabili morte.

Fertur de eodē Gonella: ꝙ cū Marchio ferrarieñ. quartana quadā febre laboraret: atq̧ supra padi pontē spatiaret: volēs piculū facere Gonella eius ꝙ dici solet: ꝙ omnis medicina a cōtrarijs vel similibus curā sumit: et quia ex terrore nōnunq̄ febris generat: principem stātem ppe extremos pontis margines: manu deorsum in fluuium depulit: qui vehemēti impulsu ⁊ terrore subito perculsus/ mortis sibi periculū imminere veritus decidit. Sed postea q̄ ex aquis liberatus fuerat: aliquātulum lectulo quiescēs: a febre licet curatus fuerat: egre tamen ferebat fatui hominis desperatam curationem sibi factam: vix q̧ alioꝝ precibus exoratus quo minus Gonellā morte mulctaret: abstinuit. Cōtigit autem postmodū ꝙ cum in itineris pfectiōe esset marchio: atq̧ vna Gonella paruo admodū vectus equo hospitiū ingressus fuisset: qui cum illo venerant satellites: Gonella adhuc discūbente/ prādium q̧ peragēte: equuli sui/ in illius asperationē amputarūt auriculas: Gonella vero cum solus ante alios stabulū fuisset ingressus: atq̧ ppter amissas aures equum suū dignoscere aliquātulū minus potuisset: Tandem suspicatus quid factum fuisset ludibriū: omniū equis: etiā ipsius principis labra/ rictus q̧ amputauit. Cum autē milites rem fedam periculosam q̧ cum tantoꝝ equoꝝ (plurimi eñ fuerant) iactura vidissent: ⁊ quisnā id facinoris ppetrasset inquirerent: Respondit Gonella: Fatuos illos fore qui nō intelligerent quo pacto equi illoꝝ omnes/ ora cōtraxissent: atq̧ equuli sui turpitudinē auriū ⁊ decurtationē deriderēt. Memor princeps pristini facti: cōmotus q̧ p̄senti equoꝝ graui iactura: Gonellā (q̄uis sibi ob histrionatū suū longe acceptus esset) a terris suis/ mortis etiam redeunti cōminatus suppliciū/ interdixit. Gonella cum modico admodū tēpore/ in ducatu Mediolanēsi moram traxisset: volens redeūdi ad marchionē querere occasionē: currū parari fecit: illū q̧ aliena terra adimpleri: ipse quoq̧ stans supra currū: Ferrariā se adduci pmisit. Mirabant oīes post tantā principis cōminatā penā: Gonellā redire potuisse: ⁊ inprimis Marchio/ missis quibusdā famulis qui illum carceri mācipārent: Respondit Gonella/ sibi quidē interdictā esse terrā marchionis: modo se non esse ad presens super terrā marchionis: sed Mediolanēsium sup quā in curru stabat: volens rem seriosam/ ridiculosa suo more auertere respōsione. Marchio habito peritoꝝ desuper cōsilio: an videlicet Gonella/ terre sue/ vel aliene insisteret: psuasus erat legū auctoritate/ Gonellā dicacitate sua excusari nō posse: quoniā qui vehiculo vtitur/ via vti dicit: vt dicit lex/ qui sella: per quā damnatus est Gonella. Mortis igit sentētia per principem in eum lata: cum ad supplicij locum duceret: capite q̧ plecti iussus esset: precepit clam omnibus marchio lictori: ne illū occideret: sed dūtaxat omnia alia mortis preparamēta in eum exerce-

ret: Tunc Gonella in terrā poneret/ caputq eius (iuxta morem regionis) palis quibusdā pminētibus imponeret: atq gladius super guttur illius poneret: lictor se percussurum malleo simulans: nō gladium sed terram a latere percussit. Ingenti autem atq haud ambiguo mortis terrore percitus Gonella: cum magno omniū et in primis marchionis dolore: repertus est exanimatus: circulusq sanguineus ex terrore relictus/ circum collum illius inuētus est. Solet enī vehemēs imaginatio nōnunq veras cicatrices/ indiciaq relinquere euidentissima.



De vulpe nolente visitare leonem. Ex horatio. i. epistola.

Olim quod vulpes egroto cauta leoni
Respondit referam: quia me vestigia terrent
Omnia te aduersum spectantia: nulla retrorsum
Consultum inde mihi minus est tua claustra subire.
Cautus enim metuit foueam lupus: accipiterq
Suspectos laqueos: adopertum myluius hamum.

Viderat olim vulpecula/ astuta vera/ multorum animalium vestigia apud leonis antrum: sed ita tamen/ vt omnia essent ingredientium et nō exeuntium. Qua cōiectura/ rata (id quod erat) ideo non redire ingressas feras: quia leo illas voraret: noluit ingredi. Rogantiq leoni/ cur nō ingrederetur: respondit: deterreri se vestigijs/ que aduersa sibi/ non autem auersa essent. Ut ergo ex vestigijs interitum suū timebat vulpes si ad leonem ingrederet: Sic prudenti homini signa sunt que perniciem in-

nitenẗ:nō dari sibi reditum a vicijs:si ad illa ingressus fuerit. Facilis enim est descensus auerni. Sed reuocare gradum superasq3 euadere ad auras hic opus/hoc labor est.



De importuno sollicitatore.

Hic importune plures sua facta minora
Sollicitant:nequeunt vt retinere modum
Atq3 ita perturbant/interpellant quoq3 amicos:
Ut nullam linquant his requiem atq3 moram.
Qui si forte ferant responsum aliquando molestum:
Sint grati:causam dant quia/acerba loqui.

Dantes poeta Florētinus cum exul senis esset: ꝛ aliquando in ecclesia minorum/cubitu super altare posito/ cogitabūdus aliquid secretius scrutaretur animo: accessit ad eum quidam: nescio quid molestius petens. Tum Dantes:dic mihi (inquit) que est maxima omnium beluarum? At ille elephas/respondit. Cui dantes:o elephas/sine me inquit maiora verbis tuis cogitantem:ꝛ noli esse molestus. Condignum ꝑfecto reportauit responsum:qui eum qui maioribus detinebaẗ ꝛ ꝓprijs vrgentissimisq3 negocijs:aliena stulticia/req3 inani obtundere nō verebaẗ Sed sunt homines quidā/eius pertinacie(ne dicam vesanie) vt arbitrentur/ omnes alios ꝓpria sua ꝛ domestica negligere debere negocia:atq3 illorum incursibus mox aures adhibere/moremq3 gerere oportere. Quibus nōnunq3 seuerior responsio: repulse compendium prebet.



De culice et pastore. Ex Virgilio.

Protulit a stabulis ad pascua leta capellas
Pastor: et excelsi montis iuga summa petiuit:
Lurida qua patulos velabant gramina colles.
Jam medias operum partes euectus erat sol:
Cum densas pastor pecudes cogebat in vmbras
Ipse quoqꝫ ad fontes densa requieuit in vmbra:
Mitem concipiens proiectus membra soporem.
At solitum voluens ad tempus tractibus idem
Immanis vario maculatus corpore serpens.
Qui videt aduersum recubare ducem gregis: atqꝫ
Cogitat hunc animis inuadere: ni prior adsis
Parue culex: mortemqꝫ mones vitare/sopitum.
Cunqꝫ leui culicis telo pastor foret ictus
Prosilit: obtritum culicem morti quoqꝫ misit.
Atqꝫ ita/mox visum serpentem stipite truncat.

Pastor fatigatus estu: cum sub arbore obdormisset: et serpens ad illū ꝑreperet: e palude culex ꝑuolauit: atqꝫ inter duo tempora aculeū fixit pastori. At ille cōtinuo furibūdus/e somno excitus/culicem cōtriuit: ⁊ visam serpentē interemit: ac sepulchrū culici statuit: distichonqꝫ hoc epigrāmate fe-

cit parue culex/custos pecudũ/tibi tale merenti Funeris officiũ/vite pro munere redde. Multi vero hac tẽpestate cõperiunt: quibus tam et si aliena salus charior existat ꝓpria: atq; ob id vitam suã nõnunq; expendunt/piculoq; extremo supponunt: nõ tamen his post ꝓfusam vitam / saltem tam dignum funeris reddit officium: quemadmodum huic culici contigisse legimus. Docet hec fabula q; plerumq; consequant remunerationẽ hi qui se aliena ꝓsperitate nimiũ solliciti esse cõtendunt.



De coruo quare certo tẽpore nõ bibit aquas. Ex Ouidio.

Forte Joui phebus sacrum solẽne parabat:
 Et coruum misit quo sibi ferret aquas.
J mea dixit auis: ne quid pia sacra moretur:
 Et tenuem viuis fontibus affer aquam
Coruus inauratum pedibus cratera recuruis
 Tollit: et aerium peruolat altus iter.
Stabat adhuc duris ficus densissima pomis:
 Tentat eam rostro: non erat apta legi.
Jmmemor imperij sedisse sub arbore fertur:
 Dum fierent tarda/dulcia poma/mora.
Jamq; satur: nigris longum rapit vnguibus hydrum:
 Ad dominumq; redit: fictaq; verba refert.
Hic mihi causa more/viuarum obsessor aquarum:

Hic tenuit fontes: officiumqꝫ meum.
Addis ait/culpe mendacia phebus: et audes
Fatidicum verbis fallere velle deum.
At tibi: dum lactens herebit in arbore ficus
De nullo gelide fonte bibantur aque.

Coruus (vt higinius refert) tutela Apollinis vsus: eo sacrificante Joui: missus aquam puram petitum: vidit ficulum arbores imaturarũ: expectãs vt maturesceret/ in arbore consedit. post maturitatem plurimis cõmesis: expectans apollo coruũ/ cum crathere volantẽ vidit. Coactus tamen est mora corui/ alia aqua vti. ꝑ quo cõmisso/ hac euꝫ ignominia affecit: vt donec ficus maturuerint: bibere nõ posset. Ita ꝙ illis dieb⁹/ guttur habeat pertusum.



De faciente cõfessionem per scedam.

Pagina sancta docet hominem peccata fateri
Presbyteris: mundus fiat vt inde animus.
Quisqꝫ sacerdoti proprio cito confiteatur
Crimina/ ab ore suo/ nulla tacere velit.
Nec valet in chartis per scripta/ fatenda/ referre:
Ore sigillatim sed proprio illa gemat.
Non vult scripta deus: pudor est quia nullus in ipsis:
Verum humilis querula voce relata viri.

MEdiolanẽsis quidã/siue stultus/siue hipocrita/ siue obliuiosus: cũ libellũ quẽdã ꝑgrãdẽ suoꝝ erratoꝝ scripsisset ꝓfectus est semel ad virũ doctissimũ: inq̃ꝫ ea re admodũ peritũ: Anthoniũ Randẽsem mediolanẽsez ex ordine minoꝝ vt ei pctã sua cõfiteret. Libelloq̃ꝫ porrecto: rogauit vt eũ legeret: q̃ cõtineret cõfessionẽ suã. Uir scitus ⁊ prudens/ q̃ eam lectionẽ plurimi tẽporis esse videret: stulticia homis cognita: paucis illũ verbosuz interrogãs: Ab oib⁹ te inq̃t que in hoc codice cõtinent absoluo. Cum alter: q̃ꝫ sibi penitẽtiã iniũgeret rogaret: vt ꝑ mẽsez hũc inquit tuũ libellũ septies in die legas. Cum id a se fieri posse negaret: ꝑstitit cõfessor in snia. Ita fatui verbositas/ faceto respõso ꝯtusa est Debuit eñ scire: iura sanctiõesq̃ꝫ ecclesiasticas: oris exigere cõfessionem: nõ scriptura. Naz ex relatiõe scelerũ ore ꝓlata nascit̃ erubescẽtia: que in cõfessione pctõꝝ magna pars est cõfessionis: vt Augustinus in libro de penitẽtia inq̃t: ꝑcepit eñ dñs mũdã dis: vt ostẽderẽt ora sacerdotib⁹/ docẽs corporali pñtia cõfitẽda esse pctã: nõ ꝑ nũciũ/ nõ ꝑ scripta manifestãda. In hoc eñ ꝙ ꝑ se ipm dicit sacerdoti et erubescẽtiã vincit: ⁊ timore offensi venia fit criminis.



Facetissimum cõsilium minacij ad rusticum.

Multis tarda valet mora ne peragant sua facta
Precipites: subitum fit quia raro bonum.
Descendat citius quisquis q̃ꝫ ascenderit ipse:
Prouideat casus ne malus eueniat.
Tarditate graui qua quisq̃ꝫ ascendit in altum:
Hac quoq̃ꝫ descendat: sic minus ille cadet.

Rusticus cum castaneā arborem ad excutiendos fructus ascendisset: decidens ex ea: costam pectoris effregit. Ad hunc cōsolandum accessit Minacius quidā homo perfacetus. Qui interloquendū/ daturū se normā illi dixit: qua seruata/ nunq̄ ex arbore caderet. Vellem hoc antea iquit eger consuluisses: attamen et in futurum poterit prodesse. Tum Minacius: fac semper (inquit) ne sis celerior in descensu q̄ in ascensu: sed ea qua ascendis tarditate/ descendas: hoc casu nunq̄ precipitem te ages. Docet hec fabula: moram tarditatemq̄ nōnunq̄ esse cōmendandam presertim his in rebus vbi festinantia ⁊ acceleratio precipitium afferre possunt et damnum. Quicquid enim subitum: hoc malum esse Seneca declamat.



Facetū cuiusdā medici/ sorte medelas dantis/ dictum.

Sunt medici egrotis qui non ratione suadent:
Committunt sorti sed sua facta bone.
Hos detestatur presens faceta fabella:
Et medicum indoctum preterijsse docet.
Viuite mortales frugi: paruoq̄ paratu
Contenti: crapulas et fugite immodicas.
Nanq̄ medela bona est: venienti occurrere morbo.
Et medici ignauas non tetigisse manus.

Mos est in vrbe Roma: vt infirmi vrina mittatur ad medicum: cum viro aut duobus argenteis nūmis/ vt cōsulat sanitati. Quidam medicus / varia nocte remedia mor-

bis scribebat in cedulis/ quas receptas vocant. Eas omnes in sacculum ponebat. Mane cum vrine ad eum deferrent: postulato remedio: ille manum ponebat ad sacculum: casu que in manus inciderat sumpturus. Dicens inter capiendum petenti/ vulgaribus verbis. pregadio. te lamandi bona. id est: roga deum vt sortiaris bonã. Misera eorum conditio: quibus non ratio sed fortuna opitulabat. Et profecto si canon eos deridet medicos qui vno collirio omnium oculos curare conantur: quãtomagis improbanda est et detestanda ea medicorum nequitia: qui incertum pro certo offerentes pharmacum: nõnunq̃ egroto contraria et mortifera exhibent medicamina: dum curam suam fortune euẽtibus cõmittunt. Digni pfecti qui nõ modo ab vrbe pellendi sed et ab orbe exterminãdi essent.



¶ De vulpe et pardo/ ac agricola qui proprios boues interemit.

Haud tam precipue sunt dotes corporis vlli:
Quantum animi excellunt munera digna boni.
Non magnum: atlantis inuiti corpore grandi:
Uerum animum: herculeum corpore inesse iuuat.

Uulpes et pardus de pulchritudine altercabant: pardo vero suam versicolorẽ pellem extollente: vulpes cum suã preponere nõ posset/ dixit. ha quanto ego speciosior sum qui nõ corpus sed animũ versicolorem sortita sum. Hec fabula innuit pulchritudinẽ animi: antecellere pulchritudinẽ corporis. Ille autem animus decorus dicit: qui a deo cõpictus: habet in

se virtutũ gratiã renitentem: splendorẽq̧ pietatis: vt autor est Ambrosius in Hexameron. Qui hoc animo p̃ditus est: nouit suos honorare familiares: illorumq̧ saluti potius q̃ pprio cõmodo consulere. Id quod minime fecisse dicitur. Agricola ille qui hiberno sydere in agro deprehẽsus: deficiẽtibus cibarijs: primum interfectis singulis ouibus: illarum carne vescebat. Mox et caprarum: postremo operarijs quoq̧ bobus interemptis alebat. Quod canes cum animaduertissent: inter se collocuti sunt dicẽtes: Nos hinc faciamus fugam: Si enim operarijs bobus/dominus noster non pepercit: nec nobis quidẽ parcet. Hec fabula innuit fugiẽdos illos et esse cauendos: qui a familiaribus quoq̧ manus nõ abstinent. Qui malus est pprijs: cui bonus esse potest. Et qui familiares suos offendit: quis illi in necessitate alius fidelis sperari poterit: Dignus ab omĩb[9] deseri: qui suos ipse prior dereliquit.



¶ De heremita qui multas mulieres stuprauerat.

Est genus in terris hominum: monachos quoq̧ vulgus
 Hos vocat: at soli rarius esse queunt.
Hos dico: quibus est nomen monachor/habitusq̧:
 Relligio omnis abest: et pudor atq̧ timor.
Hi castas taminant edes: connubia turbant:
 Et ficta incestant relligione domos.
Illos vrbe plato propelleret instituenda
 Moribus egregijs: nec pateretur eos.

HEremita quidã padue erat Ansymirius nomine: tẽpore Francisci ducis pataviani septimi. Hic cũ vir sanctus haberet: multas mulieres etiã nobiliores/ ꝑ cõfessionis speciem ad cõcubitũ pellexit. Vulgata tãdem (neq; eñ diu hipocrisis celari potest) scelerũ fama: captus a pretore: num multa confessus esset: ad Franciscũ deducit. Is ad scito secretario ex suis: quedã ioci causa sciscitabat ab heremita noïa mulierũ quas cognouisset. Quas cũ multas etiã ex domesticis familiarib⁹/ vxores ptulisset: scribebat noïa secretarius: vt ex inde causam risus eliceret. Cũ tandem nominandis finem fecisse videret: peteretq; dux/ an plures superessent: Ille vero cõstanter negaret. Asperius arguebat hominem/ et vim minabat secretarius/ nisi omnes retulisset. Tum ille suspirans: scribas ⁊ tuam quoq; ait. Atq; eam addas numero aliarũ Quo dicto: ⁊ calamus pre dolore e manib⁹ secretarij excidit: ⁊ dux in maximũ est risum cõuersus: rectũ factũ esse dicens: vt q̃ tanta voluptate reliquarũ maculas audiebat: ⁊ ipse in eoꝝ cetũ adderet



De vulpe in palea abscondita que fugabat a canibus.

Sunt plures: qui verba solent bona fundere amicis
Nulla sed effectu dant documenta rei.
Et tibi promittant q̃uis/ sese esse fideles
Et fore perpetuo prorsus amore tuos.
Nil tamen inuenies tandem nisi inania verba:
Quos ventus pellit ad sua vota leuis.
Talis amicorum est hodie fiducia mundo:
Ut male semper agant: dent bona verba licet.

Vulpes olim fugiens in venatiõe canes/diuertit ad rusticum/qui in area triticũ terebat/rogãs vt a canibus tueref: et simul pollicita est/nunq̃ se eius pullos gallinaceos lesurã. Annuit rusticus cõditioni: et sumptis paleis/furcula vulpem texit. Aduenit vnus/et item alter ex venatoribus: vulpem querens. Rogitabãt autẽ rusticũ: nunq̇d vulpem fugientẽ vidisset: et iter eius? Ille verbis vulpẽ per certã viam diffugisse: nutu vero et oculis/ latere sub paleis innuebat. Illi potius ad verba/q̃ ad nutum respiciẽtes/abierunt. Tum rusticus detecta vulpe: serua inquit modo pmissa. nam verbis meis euasisti: cum dicerem te abisse. At illa que sibi timens/per ruinã inter paleas/rusticũ cõtemplata fuisset diligẽter: et eius acta: verba tua inq̇t bona fuerũt: sed actus satis mali. Dictum in eos/qui vnum verbis: aliud re agunt: quorũ modo copia multa.



Q; res sacre ad vsum pphanum deputari nõ debent.

Tu cui delectant nimium bona quem ecclesiarum:
Quiq; sacerdotum res tibi habere cupis:
Seianum inuenies tandem in tua damna caballum:
Carbones optas dum tibi habere sacros.
Vidi ego thesauros sibi qui vsurpare sacratos
Tenderet: et famam polluere inde suam.
Vidi ego qui partis misceret presbyterorum
Res: male quesitas perdere vtrasq; simul.

Obtinet hoc proprium sacra res: miscere prophanis
Non patitur: iunctum/se/perimitq prius.
Inde tholosanum merito appellabimus aurum:
Quod persona facit/vel locus/esse sacrum.

Petrus de vineis vir doctus & prudēs: Frederici secundi
imperatoris secretarius fuit: q̄ cū hostis esset Alexādri ter
tij pōtificis: ac bellū terris ecclesie inferret petrū (is Ita
lic⁹ erat) ex inuidia (vt putat̄) aduersus euz a germanis or
ta/lumie priuauit. Deinde penitētia duct⁹: adsciuit eū in secreti⁹ꝯ si
liū suū. Cum imperator angustia rei pecuniarie premeret̄: cōsuluit pe
trus/vires ecclesie suis met opibus cōterēdas. Capiēda & cōflāda
esse ad vsum belli: ecclesiarū oīa ornamēta aurea atq argētea: In
ter que zona illa que cingebat tēplū memorabilis erat. Placuit cō
siliū Frederico: et spolijs ecclesiarū exercitū parauit. Tum petrus:
Imperator inqt iniuriā abs te iniuste mihi illataz vltus sum. Tu tibi
hominū odia cōparasti: ego tibi deū ex sacrilegij reddidi inimicuz:
omnia tibi deinceps in deteri⁹ cadēt. Sicut & postea fuit. Nā victor
tandē Alexāder: supbiā fregit imperatoris. Hoc dicto monuit res sa
cras ad pphanū vsum trāsferri nō oportere: q̄ sec⁹ facerēt a deo pu
niri: Huic haud absiꝯ Bassus/item iulius quoq modest⁹: Gneiū
Seiū quēpiā fuisse scribūt: eūq habuisse equū/natū Argis i terra
grecie: de quo fama cōstans esset: tanq de genere equoꝝ pgenit⁹ fo
ret: q̄ Diomedis thracis fuissent: quos Hercules Diomede occiso
e thracia argos pduxisset. Eū equū dicūt fuisse magnitudie i vsitata
ceruice ardua: colore pheniceo: flaua & tali fuisse fato siue fortuna fe
rūt: vt qsqs haberet eū: possideretq: is cū oī domo familia/fortunis
q oīb⁹ suis/ad iternitionē vsq deperiret. Itaq primū illū Gneiū
Seiū dñm ei⁹: a Marco Anthonio q̄ postea triū vir rei cōstituēde
fuit: capit̄ dānatū: miserādo supplicio affectū esse. Eodē tpe Corn.
dolobellā cōsulē/in siryā pficiscētē: fama isti⁹ eq̄ adductū: argos di
uertisse: cupidūq habēdi ei⁹ exarsisse Emisseq sestercijs cētū milib⁹
Sed ipm quoq dolobellā/in Syria bello ciuili obsessuz atq inter
fectū eē. Mox eūdē equū q̄ dolobelle fuerat: C. Cassiū q̄ dolobellā
obsederat abduxisse. Quē Cassiū satis notū est/victis parthis/fu
soq exercitu suo/miserā mortē oppetijsse. Deinde Anthoniū/post
interitum Cassij parta victoria: equū illū nobilem Cassij reqsiuisse: et
cū ab eo potit⁹ esset: ipm quoq postea victū atq desertū: detestabili
exitio interijsse. Hinc puerbiū de hoīb⁹ calamitosis ortū/diciq so
litū. Ille homo habet equū Seianū. Eadē snīa est illi⁹ quoq veter̄
puerbij: qꝫ ita dictū accepim⁹: Aurū Tolosanū. Nam cū oppidū
Tolosanū in terra Italia: Q. Cepio cōsul diripuisset: multūq auri
in ei⁹ oppidi tēplis fuisset: Quisqs ex ea direptiōe aurū attigit: mi
serabili cruciabiliq exitu perijt: vt Aulus Gellius. Aurū his & in
eluctabile dictū: qui ex rebus sacrosancte ecclesie: vel sacerdotū pe
culio querunt locupletari.



De sacerdote/diabolo et peregrino.

Quem Roma absoluit: sibi culpa remittitur omnis:
Pena manet donec venerit ille domum.
Nempe per Italiam est tam paruum iter/ et male tutum
Sit labor/ vtque dolor: penaque multa comes.
Prebendas retinere duas/ pluresve/ sacerdos
Desine: sufficiat si tamen vna tibi.
Ne plures retinens: pro pluribus: ampla cocyti
Stagna adeas: socijs pars sine vt obueniat.

Inter loquendũ questio mouebatur: vtrũ si quis rome cõfiteretur a pena et culpa esset absolutus? Ad quod ex meis coetaneis vnus respondit: a culpa quidem absolui potes sed nisi/ in patriã reuersus sis: nunquam a pena absolueris. Idem quoque cum aliquãdo interrogaretur quis ex pluralitate beneficiorum maius damnum reciperet? respondit: diabolus. Cur id diceret percũctatus: respondit: quia de multis beneficijs habet vnum sacerdotem: vbi de quolibet vnum habuisset. satis ex tẽpore periculosa in sacerdotes beneficiatos/ et mordax dicacitas: de qua abusione satis in narragonica nostra profectione edisseruimus.



De paruo pisce qui a maiori agitabat.

Quisquis ab hoste suo mala pertulit atqꝫ dolores:
Quicqꝫ ob eam causam grandia damna subit:
Huic tolerabilior dolor: cum viderit hostem
Consimili pena/tristiciaqꝫ premi.

Tynnus cum delphinum insequētem precipiti cursu fugeret: τ iāiam capiendus esset: in anfractum quendaꝫ se intrusit. Delphinus quoqꝫ ad alterum similem allisus est. Ad quem Tynnus respiciens/iamqꝫ expirantem videns inquit: Jam mihi mors nō est molesta: videnti eum q̄ mihi causa mortis est/mecum morientem. Hec fabula innuit: equo animo ferre homines calamitates: cum eos per quos in calamitate sunt/eque calamitosos aspiciūt. Hoc seculi forte hominibus cōplacere potest qui iniurie accepte vltionem expetunt: τ dicunt: Nam vindicta bonū vita iucūdius ipsa. Non sic de schola christi edoctis: quorū magister etiam ꝓ suis nō dedignatus est persecutoribus orare. Et qui dixit: Mihi vindictam et ego retribuam.



De prouerbio inter os et offam.

Multa cadunt inter calicem supremaq labra:
Os/offamq inter multa venire queunt.

Marcus Catho censor in oratiõe de edilibus vicio creatis inquit. Nunc ita aiunt in segetibus et in herbis bona frumenta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Sepe audiui inter os et offam multa interuenire posse. Euricius vero Clarus/ vir morum litterarumq veterũ studiosissimus/ad Sulpicium Apollinarem scripsit: Querere sese & petere vt sibi rescriberet que nam esset eorum verborum sententia: Tum Apollinaris/ Claro rescripsit/ vt viro erudito breuissime. Uetus est prouerbium: Inter os et offam: Idem significans quod grecum illud prouerbium. Multa cadunt inter calicem et suprema labra. Quo adagio nobis declarat: multa preter speratum accidere posse. Atq vt diuus Justinianus in imperialibus suis institutionibus de fera vulnerata/et cum telo fugiente inquit: Multa interuenire possunt/ vt eam nõ capias. Considerãdũ igitur est quod euenire potest. Spem quia nam fecunda seges plerumq fefellit.



De vulpe et marmorea imagine.

Corporis interdum tantum placet ipsa venustas:
Et decor ille iuuat quem color hospes agit.
Uerum animi nulla est industria: nec decor vllus:
Omnis abest virtus/dos simul ingenij.
Illi hominis teneant formam licet/effigiemq;:
Absq; tamen sensu/sunt sine honore/lapis.

Vulpes aliquãdo in domum cythAredi ingressa: dum omnia instrumẽta musica/omnemq; supellectilem scrutaretur: reperit e marmore caput lupinum/scienter fabreq; factum. Qd cum in manus sumpsisset inquit: O caput cum magno sensu factum: nullũ sensum obtinens. Hec fabula ad eos spectat qui corporis dignitatem habent: animi vero industriam nullaz Quorum vitam mortemq; historicus iuxta existimat/quoniã de vtraq; silet. Quid enim inter pictum hoiem/lapidẽve/ & hominẽ insensatũ illatũq; intersit nõ facile est videre.

Mutari homines ex maribus in puellas ex Ouidio et Uirgilio.

Clara decore fuit proles Eletheia Cenis
Thessalidum virgo pulcherrima matris ab ortu:
Mutata in iuuenem tandem: at nunc femina Ceneus
Rursus: et in veterem fato reuoluta/figuram.

Plinius secundus vir tēporibus etatis sue/ingenij dignitatisq3 gratia: auctoritate magna predit⁹: nō audisse neq3 legisse: Sed scire sese atq3 vidisse: in libro naturalis historie. vij. scriptum reliquit. Ex feminis inquit mutari in mares/non est fabulosū. Inuenimus enim in annalibus. Q. Licinio Crasso/Caio Cassio longino cōsulibus: C. Asinij puerum factū ex virgine/sub parētibus: Iussuq3 aruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius mutianus ꝓdidit visum esse a se Argis Arestontem cui nomen Arestuse fuisset: nupsisse etiam: mox barbam ꝛ virilitatem ꝓuenisse: vxoremq3 duxisse. Eius sortis et smyrne puerū a se visum. Ipse inquit Plinius in africa vidi mutatum in marem/ die nuptiarū Lucium Cositiū ciuem tysdridanū viuebatq3 cum proderem hec: inquit Aulus Gellius libro. ix.



Hominem mutari in lupum.

Arcades estiuo cum stagnum tempore tranant
Ueste procul posita per nemora alta ruunt.
Inqꝫ lupos abeunt: viuunt quoqꝫ more luporum:
Postqꝫ annos redeunt in sua membra nouem.
Humanam interea si carnem forte vorarunt:
Forma lupina manet: nec redijsse datur.

Scribit. M. varro ꝙ arcades forte ducti quoddā stagnū eiusdez regionis tranare solent: vestituqꝫ in quercu suspē so: inde abire in deserta: trāsfigurariqꝫ in lupos: ⁊ cum similibus feris per nouem annos victitare. Quo in tempore si humana carne abstinuerint: rursus ad idem stagnum reuerti: et cum tranauerint priorem effigiem habitūqꝫ recipere: nouem annorum etate addita. Demenetū deniqꝫ quēdam dicit: qui in sacrificio quod arcades imolato puero: deo suo lyceo facere solebāt: cum humana exta degustasset: statim in lupum cōuersum: ⁊ anno decimo in figuram pristinam restitutum: pugillatu sese exercuisse. Hos populos Neuros Solynus et Mela appellāt. Addit ad id beatus Augustinus in de ciuitate dei libro. Mulieres fuisse in Italia: que dantes aliquid in caseo: homines in iumenta mutabant / que necessaria queqꝫ portabāt: deinde ꝯfuncti opera / ad sese redibāt. Nec tamen sensus rationalis in illis mutabat. Unde cōstat non omnimodo fabulosum esse quod de Luciani aureo asino Apuleius refert.



De psyllis pugnantibus contra austrum.

Psyllorum gens stulta putans contendere ventis:
Contra austrum arma mouet: bella nefanda parat.
Atq; acie instructa/ quasi pugnaturus in hostem
Psyllorum populus/ turbaq; cuncta ruit.
Verum auster perflans totas magno agmine buccas:
Spiritum et ex omni corpore abire iubet.
Morq; superiectis psyllos demersit harenis:
Montibus hos omnes pulueris opperuit.
Sic gens illa quidem fera/ contemtrix veneni
Interiens: superbos nos timuisse docet.

Psyllos Herodotus refert quondã fuisse homines in terra africa/ cõterminos Nazamonibus. Austrumq; in finibus eorũ quodã in tempore per q̃ validum ac diutinũ flauisse. Eo flatu aquã omnẽ in locis in quibus colebãt exaruisse. Psyllos re aquaria defectos: eam iniuriã grauiter austro succensuisse. Decretũq; fecisse: vti armis sumptis/ ad austruz/ perinde quasi ad hostem/ Iure belli res: repetitũ pficiscerent. Atq; ita pfectis: ventũ austrũ/ magno spiritus agmine venisse obuiã. Eosq; vniuersos cum omnib9 copijs/ armisq;: cumulisq; montibusq; arenarũ superiectis opperuisse. Eo facto: psyllos ad vnum omnes interijsse. Eorũq; fines/ a Nazamonibus occupatos.



De Marsis domātibus serpentes. Ex Lucano et Virgilio.

Marsorum a psyllis fertur gens: vnica terras
Que colit a seuo serpentum innoxia morsu.
Marmaride psylli. par lingua/potentibus herbis.
Quin et Marrubia venit de gente sacerdos:
Spargere qui somnos/cantuq́ manuq́ solebat
Vipereo generi: et grauiter spirātibus hydris.
Mulcebatq́ iras: et morsus arte leuabat.

Marsorum gens que Marrubia appellatur: orta fertur (vt Aulus gellius inquit) a Circes filio Marso. Quibus vi quadam genitali asserūt datū: vt serpentū virulentorum domitores sint. et incantatiōibus herbarūq́ succis faciāt medelarum miracula. Sunt tamen qui a psyllis gente lybie iuxta Garamantas et Nazamones olim habitātibus marsos descē disse/eamq́ domādi veneni vim traxisse dicant. Solebāt autem liberos genitos obijcere seuissimis serpētibus: et ita pudiciciā cōiugū experiri. Serpentibus eos qui adulterino sanguine nati forent minime pfugiētibus. Fuerunt et ophiogenes teste plinio septimo naturalis historice circa hellespontū paruum genus hominum: serpentū ictus tactu leuare solitos: manuq́ imposita solebant venena leuare corpori/ vnde a serpētibus genus traxisse dicebant. Et Varro paucos esse ibi affirmauit/quorum saliue cōtra ictus serpentum mederentur. Quin et ophiophagos esse populos asserunt qui solis serpentibus vescuntur: vt autor est Strabo Ptholomeusq́z



De anthropophagis. Ex Iuuenali.

Inter finitimos vetus atq antiqua simultas
Ardet adhuc Combos: et Tentyra: iurgia primum:
Dehinc clamore pari cócurritur: et vice teli
Seuit nuda manus: pauce sine vulnere male.
Uix cuiq aut nulli toto certamine nasus
Integer: aspiceres iam tota per agmina/ vultus
Dimidios: sequitur mox acrior impetus: et iam
Saxa inclinatis per humum quesita/ lacertis
Incipiunt torquere: et apertum promere ferrum.
Labitur hic quidam nimia formidine cursum
Precipitans: capiturq: ast illum in plurima sectum
Frusta/ ac particulas: corrosis ossibus/ edit
Uictrix turba: nec ardenti decoxit aheno.
Aut ferubus carnes torrentibus: vltimus autem
Qui stetit/ absumpto iam toto corpore: ductis
Per terram digitis: aliquid de sanguine gustat.

Scythe illi penitissimi qui sub ipsis septētrionibus etatem agūt: corporibus hominū vesci: eiusq victus alimēto vitam ducere: et anthropophagos id est carne humana vescentes noiari ferūt. Quē morem impie gentis (vt Soli-

nus ait) adiacentiū terra pdit tristissima solitudo: Quos ob nefariū ritū: finitime natiões metu pfuge/ reliquerūt: Eo q viscera humana/ illis sint cibi execrādi. Et ea causa est: q vsq ad mare qd thybin vocant: per longitudinē eius ore que estius orienti obiacet: sine homine terra sit: ꝛ immēsa deserta quo ad pueniat ad seres. Tales antropophagi et apud ethiopes post garamātas esse ferunt: quorum mores vt Solinus inquit vocamen sonat. Quos penes ꝛ pamphagi: quibus esca est quicqt mandi potest: ꝛ omnia fortuitu gignentia. Tales similiter lestrigones in extremo italie versus siciliam gentes fuisse/ feritate famose perhibent: ad quos vt est apud homerū vlisses delatus: aliquot ex socijs fede absumptis / vnicaq perdita naue aufugit.



De cynocephalis/ aeleala/ leucotrota/ et sciopedibus.

Stimmite genus hominū m/ caput hocq caninum
Cetera in humano corpore membra gerit.
Est et Aelealas/ vt equus: sed cauda elephantis:
Atq boum capitis cornua seua micant.
Leucotrota simul velox fera: sciopedesq
Unoculi: his pes est corpora tota tegens.

Megasthenes per diuersos Indie montes esse scribit nationes capitibus caninis: armatas vnguibus: amictas vestitu tergoꝝ: ad sermonē humanū/ nulla voce/ sed latratibus tm̄ sonātes/ asperis rictib⁹. Suntq teste Solino in partibus ethiopie frequētissimi: violēti ad saltum: feri morsu nunq̄

ita mansueti vt nō sint magis rabidi. De his sunt qui arbitrant̄ sensisse Nasonem in mutationū suarū libro primo/potius ꝙ de simijs: cum dicit ex sanguine fulminatoꝝ gigantū nata esse animalia. In faciem que versa hominuꝫ: seueꝙ auidissima cedis: tametsi hec quoꝙ animalia ex simiarū genere ferant̄. Est ⁊ in illis regionibus Leucotrota velocitate precedēs vniuersas feras. Ipsa asini fere magnitudine: cerui clunibus: pectore ac cruribus leoninis: capite camelino: bisulca vngula: ore adusꝙ aures dehiscente/ dentium locos esse ꝑpetuos. Uoce autem loquentiū hominū sonos emulat̄. Est quoꝙ Alealas/ vt equus: cauda vero elephāti: nigro colore: maxillis porrigineis: preferēs cornua/ vltra cubitalem modū longa: ad obsequiū cuius velit motus accomodata. Neꝙ enim rigent: sed flectuntur vt vsus exijt ꝑliādi. Quoꝝ alterū cū pugnat ꝑtēdit: alterū replicat: vt si vsu aliquo/ alterius acumen fuerit obtusum: acies succedat alterius. hippopotannis cōparatur. Et ipsa sane aquis fluminū gaudet. Legimus monoscelos quoꝙ in India nasci: qui singulis cruribus et singulari sunt pernicitate: qui ⁊ sciopedes vocant̄: eo ꝙ in maiore estu/ humi iacentes scia podos hoc est vmbra pedis resupinati plātarū suarū magnitudine inumbrent̄ vt Solinus inquit.



De simearum natura.

Fabula cunctarum rerum est quia simia vafra
Hinc imitatricis/ iure ea nomen habet.
Has numero ingenti lybie pars Tabraca profert:
Et similes natos matribus esse iubet.

I

OMnem latifundum quod inter Aegyptum / Ethyopiã lybiamq̃ diffunditur: quacũq̃ lucis opacum est: varium impleuit Simiarũ genus. nec quisq̃ offensus nomie/cognitione grauet. Enimuero operepreciũ est (vt Solinus inquit) nihil omittere / in quo nature spectanda sit ꝓuidentia. Uulgus Simiarũ in his est quas passim videmus: nõ sine ingenio emulandi: quo facilius in manus veniũt capiuntq̃. Nam dum auide venantium gestus affectant: relicta cõsulto visci virgula: quod mendacio factum vident: oculos suos oblinũt. Ita visu obducto: pronum est eas corripi. Exultant noua luna. Tristes sunt cornuto et cauo sydere. Immoderate vetus amant: adeo vt catulos facilius amittant quos impendio diligunt. Cercopythei caudas habent: et in hoc a Simijs differũt: vnde Martialis de quodam: Si tibi cauda foret cercopythecos eras. Cinocephali et ipsi sunt e numero simiarũ vt in antehabitis diximus. Sunt et alie facie valde grate et blande ⁊ ceteris simijs dissimiles ⁊ sunt barbate caudas latas habẽtes: et ille dicunt ethiopice. has capere nõ est arduum: sed ꝓferre rarum. Neq̃ enim viuunt in alio q̃ suo: hoc est ethiopico celo.



¶ De sphinge et eius enigmate. Ex Statio.

OEdipodionie domus ales: sphinx fera quondam
Pallentes erecta comas: suffusaq̃ tabo
Lumina: cõcretis infando sanguine plumis:
Reliquias amplexa virum: semesaq̃ nudis

Pectoribus stetit/ossa premens/visuq; trementi
Collustrat campos:si quis concurrere dictis
Hospes inexpletis/aut cominus ire viator
Audeat:et dire cōmertia iungere lingue.
Illa etiam thalamos per certa enigmata querens:
Qui bipes:et quadripes:foret et tripes:omnia solus.
Terruit aoniam/volucris/leo/virgo/triformis
Sphinx:volucris pennis:pedibus fera:fronte puella.
Sphinx dedit enigma hoc:quadrupes que bestia quondam:
Deinde bipes fieret:tandem eademq; tripes.

Sphinx monstruosum ethiopie animal/e simiarum genere/fusco pilo:mām̄is in pectore geminis:ad hominis speciem accedens. finguntq; poete faciem habere virginis: pēnas auium:pedes leonis. Occiso autē Laio rege thebano a filio suo oedipo: refert diodorus siculus Sphingem beluaꝫ triformem thebas eo tēpore venisse: ꝓposuisse quoq; enigma:quod qui nō solueret periret. Inde pleriq; ob rem ambiguaꝫ ꝛ per obscuram interempti:Soluenti vero iocaste regine cōnubium:ꝛ thebarū regnum/ ꝓpositum premium erat. Sed preter oedipum soluere potuit nemo. Id erat huiusmodi. Quod nam animal bipes:idem tripes:ac quadrupes fieret. Ceteris ambigētibus. Oedipus hominē esse asseruit:ꝙ infans quattuor pedibus obrepat. Et annis cōfirmatus/duobus incedat. Senior tribus:quoniam scipione quasi tertio pede vtatur. Sphinx suo iudicio victa/ex ediciore loco sese precipitem dedit. Oedipus iocastam nescius matrem esse duxit vxorem:et thebarū regnū adeptus est. Unde ortum ꝓuerbium:dauus suꝫ/nō oedipus. Et Plautus:Nam isti quidem orationi Oedipi opus est cōiectura qui sphingis enigma dissoluit.



De Nabo. Cefi. Rhinoceronte. catoblepa: parandro.

Camelopardalis/animal quod Nabin ethiopes vocant
collo simile equo: pedibus bubalis: ⁊ cruribus boui: ca-
melo capite: albis maculis: rutilũ colorẽ quadã panthe-
rarum similitudine distinguẽtibus. Primus cesar dicta
tor circensibus ludis eam Rome ostendit. postea frequẽter visa est/
aspectu magis ꝙ̃ feritate cõspicua: et ob id a quibusdã ortis appel-
lata. Jisdem ferme temporibꝰ illic exhibita monstra sunt Ceffos ap-
pellant: albertus cõfusam dicit: seq̃ tales vidisse in syluis sclauie ma
sculum ⁊ feminã: quoꝝ posteriores pedes/crure ⁊ vestigio/ huma-
nos artus mentiunt: priores perinde hominũ manus referũt. Que
tñ a nostris nõ amplius ꝙ̃ semel vt Solinus inquit visa sunt. Ante
ludos Cirei põpeij rhinocerontẽ romana spectacula nesciebãt. Cui
bestie color buxeus: Jn naribus cornu vnicũ ⁊ repandũ: qđ subin-
de attritũ cautibus/ in mucronẽ excitat. eoq̃ aduersus elephantos
preliat: par ipsis prope longitudine: breuior cruribus: naturali telo
aluum petens/ꝙ̃ solam intelligit ictibus suis peruiã. Juxta nigruz
fluuiuz in ripis Nyli Cathoblepa nascit/ modica atq̃ iners bestia:
caput ꝑgraue egre ferens: aspectu pestilẽti: adeoq̃ subtilis spiritus
et venenosi in oculis: vt qui ipsum in oculos eius offenderit: statim
moriat. Mittit ⁊ ethiopia parandrũ quem nõnulli pyradũ dicunt
boum magnitudine: bisulto vestigio: ramosis cornibus: capite ceruí
no: vrsino colore: ⁊ pariter villo ꝓfundo. Hunc parandrũ affirmãt
colorẽ metu vertere: ⁊ cuz diletescat: fieri ad similitudinẽ cuicũq̃ rei
ꝓximauerit. Jnter saxa eñ alba albus efficit: et latens inter fruteta
efficit viridis: siue quacũq̃ aliam ꝑferat qualitatẽ. faciũt hoc idem
in mari polypi. Jn terra cameleontes. Sed ⁊ polypus ⁊ cameleon/

glabra sunt: vt possit cutis leuitate/speculi modo primantia emulari. In hoc nouum est et singulare/hirsutiam pili colorum vices facere. hinc euenit vt difficulter capi possit. In quo sicut dicit hermes cõuenit cum basilisco.



¶ De Chameleonte.

Detrahit accipitrem celo sublime volantem
Ore suo in terras bestia Chameleon.
Tanta sui rictus vis est/ et spiritus oris
Democrito si quid credere conueniet.
Quin idem accipiter deiectus: mox laniandum
Sese auibus prebet: predaqꝫ raptor erit.

Librum democriti nobilissimi philosophorum/se Plinius secũdus legisse refert in naturalis sue historie lib. xxviij. de vi et natura chameleontis. In quo tradit. Accipitrem auem rapidissimã/a chameleonte humi reptante/ si eum forte supuolet/detrahi et cadere vi quadã in terrã: ceterisqꝫ auibus sese laniãdũ sponte obijcere. Hanc bestiã quadrupedẽ Plinius libro. viij. in India reperiri describẽs et Solinus dicũt eam esse facie quasi lacerte: habens crura recta et longa: caudã in vertigine tortã: armatos vngues: incessus tardos velut testudinis: corpus asperum cum squamosa cute. Solus animaliũ nec cibo nec potu semper alitur: nec alio ꝙ aeris alimẽto: color est varius et in momẽto mutabilis: colores omnes emulatur preter rubrũ et candidũ: de quo Ouidius in libris mutationũ: Id quoqꝫ quod ventis animal nutritur et aura: protinus assimulat tetigit quoscũqꝫ colores.



¶ De regulo et mustela.

Regulus humani generis seuissima clades
Sibila serpentes namq; sua tetra fugant.
Urit et afflatas herbas: rumpit quoq; saxa
Et quoscunq; videt: qui vel eum/ interimit.
Sed natura parem voluit proferre magistrum.
Mustelamq; sue nequitie imposuit.
Que temere aggreditur basiliscum: vrgetq; cauernis
Cunq; illum occidit: cõmoritur quoq; ei.

Cyrenaica regio basiliscũ serpẽtem in solitudine maccessa incultaq; ⁊ squalẽte malũ in terr; singulare generat: duodecim nõ amplius digitoꝝ magnitudĩe/ pene ad semipedem longitudinis/ alba quasi mitrula lineatus caput: vt quodã diademate insigni. Nec hominũ tantũ/ nec alioꝝ animantiũ exitio datꝰ. Sed terre quoq; ipsius quã polluit ⁊ exurit: ⁊ vbicũq; ferale sortitur receptaculũ. Deniq; extinguit herbas necat arbores: ipsas etiã corrũpit auras: Ita vt in aera nulla alitũ impune trãsuolet/ infecta spiritu pestilẽti. Cum mouet̃ media corporis parte serpit media arduus est ⁊ excelsus. Sibilũ eius etiã serpẽtes alij perhorrescunt. Et cum acceperint fugam: queq; quoquo possunt ꝑperant. Quicquid morsu eius occidit̃: non depascit̃ fera: nõ attrectat ales. Huic tali monstro (sepe enim enectũ cõcupiuere reges videre) mustelarũ virus exitio est. Adeo nature nihil placuit esse sine pari. Interficiũt eos in cauernis in quibus delitescũt. necãtq; illi simul odo-

re mustelas moriuntq;: vt soli nature pugnā ꝯfecisse videant. vis tñ nec defuncto deest quidē regulo: deniq; basilisci reliquias amplo sestertio pergameni cōparauerūt: vt edem Apellis manu insignē: nec aranee intexerent: nec alites inuolarēt: cadauer eius reticulo aureo suspēsum: ibidē locauerūt. De basilisco ita Lucanus scribit: Sybilaq; effundēs cūctas terrētia pestes: Ante venena nocens: late sibi submouet omne Uulgus: ꝛ in vacua regnat basilisc⁹ arena. Et quia spiritus eius visiuus qui longe valde diffundit ꝓpter substātie subtilitatem: corrumpit ꝛ necat omnia visa: Ideo dicūt q̄ si regulus se ip̄m in speculo/ vel in alia perlucida re videat: etiam sui ipsius fata sibi preparat.



De serpente boa.

Est et apud calabros immani corpore boa.
Lacte saginatur que bubali assiduo.
Crescit in immensum: tandemq; animantia cuncta
Absumens: populat ꝓxima queq; loca.
Uos quoq; per cunctis innoxia numina terris
Serpitis aurato nitidi vulgore dracones:
Pestiferos ardens facit africa: ducitis altum
Aera cum pennis: armentaq; tota secuti
Rumpitis ingentes amplexi verbere thauros
Nec tutus spatio est elephas: datis omnia leto.
Nec vobis opus est ad noxia fata veneno.

Calabria boam gignit: quē anguem ad immēsam molem ferūt coalescere. captat primo greges bubalos: et que plurimo lacte rigua bos est: eius se vberibus inectit: suctuque cōtinuo saginata: ita celebri satietate vltima extuberatur vt obsistere magnitudini eius nulla vis valeat. Postremoque depopulatis animantibus: regiones quas obsederit: ad vastitatem cogit. Diuo Claudo principe in loco vbi vaticanus ager est: boa occisa: solidum infantem gestauit in aluo. Est quoque boa de genere draconū/ quos tametsi carere veneno multi existimant: In africa tñ sunt pestifere/ alasque habent: et pulchritudine ac splendore tergoris: ceteras serpentes excellunt. Visi sunt apud Aethyopes. xx. et amplius cubitorum magnitudine frequētissimi: reperiuntque in eorum maritimis/ quaterni et quini/ cratium more cōtexti.



De capro quare ponatur super pocula. Ex Ouidio.

Sus dederat penas: exemplo territus huius
Palmite debueras abstinuisse caper.
Quem spectans aliquis dentes in vite prementem
Talia non tacito dicta dolore refert.
Rode caper vitem: tamen hinc cum stabis ad aram:
In tua quod spargi cornua possit erit.
Verba fides sequitur: noxa tibi deditus hostis:
Spargit et effuso cornua bacche mero.

CAper a natura habet (vt Varro in libro quē de agricultura scripsit refert) q̄ omne virgultum rodat/ ⁊ in primis vites: propter quod apud priscos Baccho imolari solitus fuit: eo q̄ capelle palmites vitium crescentes vastent. Baccho enim tanq̄ repertori vitis/ hircus imolatur: vt penas sacrilegij sui capite pendat. Erat autem vsus vini in sacrificijs / et eo victimarum cornua infundebātur. vt est apud Maronem: frontiq̄ inuergit vina sacerdos. Unde etiam in signū vindicte ad ansas poculorum caper ponebat: vt est apud Juuenalem. Et stantem extra pocula caprum.

De Arione methymneo et delphine. Ex Ouidio.

Quod mare non nouit/ quē nescit aryona tellus:
Carmine currentes ille tenebat aquas.
Nomen arionium Siculas impleuerat vndas:
Captaq̄ erat lyricis Ausonis ora sonis.
Inde domum repetens puppim cōscendit Arion
Atq̄ ita quesitas arte ferebat opes.
Forsitan infelix ventos vndasq̄ timebas.
At tibi naue tua/ tutius equor erat.
Namq̄ gubernator districto constitit ense:
Ceteraq̄ armata conscia turba manu.

Ille metu pauidus: mortem non deprecor inquit:
Sed liceat sumpta pauca referre lyra.
Induerat tyrio distinctam murice pallam:
Reddidit icta suos pollice chorda sonos.
Protinus in medias ornatus desilit vndas:
Spargitur impulsa cerula puppis aqua.
Inde fide ma ius: tergo delphina recuruo
Se memorant oneri supposuisse nouo:
Ille sedet: cytharamqꝫ tenet/preciumqꝫ vehendi
Cantat: et equoreas carmine mulcet aquas.

Arion (vt Herodotus refert) cytharedus fuit methymneus prestātissimus. Is cum a periandro Corinthiorꝫ tyrāno impetrasset vt in Italiam ire liceret: ibiqꝫ cum multas suo artificio opes quesiuisset: tandem naue quorū daz corinthiorum qua ad periandrū rediret cōscendit. Animaduersis autem nautarum insidijs: Impetrauit ab eisdem vt aliquātulum canere cythara sinerent. Mox quoqꝫ ornatus purpura: in mare se precipitauit: atqꝫ a delphino susceptus: in insulaz tenaron incolumis delatus/atqꝫ inde ad periādrum redijt. Nautasqꝫ qui illum in Italia esse mentiti fuerant: ita coarguit: vt scelus fateri cogerent. Additqꝫ herodotus: aeneam statuā a delphino vecti arionis positā esse in tenaro insula. Unde Maro: Inter delphinas orion.



¶ De pauone pythagoreo. Ex Ouidio.

Ipse ego (nam memini) troiani tempore belli
Panthoides euphorbus eram: cui pectore quondam
Hesit in aduerso grauis hasta/ minoris Atride
Cognoui clypeum leue gestamina nostre
Nuper abantheis templo Junonis in argis.

Pythagoras dicere solebat/ animam suam in bello Troiano fuisse in Euphorbio Panthoi filio/ et a Menelao interfecto. Indeqꝫ migrasse in Homerū/ et ab eo in se. Addidit Ennius ꝙ a pythagora in pauonem venerit: et a pauone in Ennium. Quod et persius tangit cum inquit: Cor iubet hoc Enni: postqꝫ destertuit esse Meonides quintus pauone ex pythagoreo. Ut ergo pythagoras verbis suis fidem facere posset: ingressus Apollinis phanum: ostendit clypeum iam putrefactū/ et cuius sola eburnea facies duraret: quo in bello Troiano vsus fuerat. Illo enim auulso clypeo/ depositisqꝫ pulueribus: cum Euphorbi nomen iam litteris antiquissimis/ termetibusqꝫ corrosis exhibuisset: testimonio clypei comprobabat se bello troiano interfuisse, et ꝙ nihil morti concesserat.



¶ De amore delphini et pueri.

Humanos gemitus edit delphinus amator:
Et veneris flāmis bestia tacta perit.

Vocibus illi hominum delectanturq;: vocari
Nominibus proprijs (Symon adesto) volunt.
Musica quin etiam leti instrumenta sequuntur:
Ut genitas reputes ex venere esse feras.
Inde vehunt dorso dilectos sepe repando:
Et reuehunt pueros per mare veliuolum.
Q si qui casu pereunt/seuis ve procellis
Morte sue mulctant se met: et intereunt.

Refert Apianus vir eruditus: rerum egyptiacarum libro quinto: cuiusdam delphini amantis/ et pueri non abhorrentis consuetudines/ lusus/ gestationes / et aurigationes: eaq; omnia se ipsum/ multosq; alios vidisse ait apud puteolos/ delphinum amantem mire puerum: inclamatum a puero acciri. Adnatans itaq; et penne aculeos velut vagina condens: ne dilectum sibi corpus laceraret: prebebat ascensuro dorsuz. receptumq; equitis more insidentem/ per magnum equor ad triginta fere passuum milia deferebat. Roma igitur omnisq; italia eo confluebat: vt piscem amatorem/ vehentem puerū aspectaret. Postea vero idem ille puer delphino amenus: morbo affectus/ obijt suum diem: At ille amans: vbi sepe ad litus solitum adnauit: et puer qui in primo vado aduentum eius operiri consueuerat/ nusquam apparuisset: desiderio tabuit / exanimatusq; est: et in litore iacens inuentus ab his qui rem cognouerant. In sui pueri sepulchro humatus est: Alium puerum Hermiam nomine / per maria similiter delphino insidentem cum vndosior fluctus necauisset: delphin ad terram reuexit. Et velut fateretur reatum: penitentiā suā morte mulctauit: nec reuerti voluit amplius in pfunda: vt Solinus auctor est. hec desumpta Ex Gellio li. 8.



De fidelitate canum. Ex Vergilio & Enri:

NEc non gemini cuſtodes/limine ab alto
Procedunt: greſſumqꝫ canes comitantur herilem.
Cum bonus eneam hoſpitio rex ceperat archas.
Cum canibus bello ſepe eſt victoria parta.
Et memori retinent cõceptum mente fauorem.
Quin etiam pugnant: vitam impenduntqꝫ/ſalute
Pro domini: illorum mortem vlti ſepe cruentam.

DOminos equaliter canes omnes diligunt. proqꝫ illorꝫ ſalute acerrime dimicãt. In Epyro enim: domini percuſſorem/in cetu agnitum/latratu canis ꝓdidit. Jaſolicio interfecto: canis ipſius aſpernatus cibum/inedia obijt. Lyſimachi regis canis/flãmis ſe iniecit/accenſo domini rogo: et pariter igni abſumptus eſt. Garamantũ regem ducenti canes ab exilio reduxerunt/ preliati aduerſus reſiſtentes. Colophonij et Caſtabalenſes/canibus in bella productis: primas acies inſtruebant. Appio Junio/publio Licinio cõſulibus/damnatum dominuz/ canis (cum abigi non poſſet) comitatus in carcerem: mox percuſſum: vlulatu ꝓſecutus eſt. Cumqꝫ ex miſeratiõe populi romani: poteſtas ei cibi fieret: ad os defuncti eſcam tulit. Ultimo deiectum in Tybrim cadauer: adnans ſuſtentare conatus eſt. Ex quo luce clarius conſtare poteſt: etiam abiectiſſimarũ beſtiarũ generi: deum optimũ maximũ fidei et charitatis vinculum ineſſe: pateſieriqꝫ voluiſſe: ad deuincendam deteſtandãqꝫ infideliũ hominũ perfidiam: qui rupto nature fe

dere:nō solum hominibus fidem seruant: sed et alterutrū calūniantur:insidiant:preuaricant.



De hippopodibus et phanesijs.

Hippopodum patriam scythicis que subiacet oris
Illorumq pedes membraq equina vides:
Hos prope phanesij quibus auris latior extat
Cum quibus integrum corpus vtrimq tegunt.

Apud scytharum insulas hippopedes siue vt a'ij dicunt hippodes populi habitāt indigene:humana vsq ad vestigiū forma:sed in equinos pedes desinūt quos hippobatas herodotus libro historiarū quarto vocauit. ppe hos insulas τ phanesior gentem esse dicunt. quor aures in effusaz adeo magnitudinem dilatant:vt reliqua viscerum illis cōtegant. Nec adminiculū aliud sit q̄ vt mēbra mēbranis auriū vestiant:hos Pomponius Satmalos appellat quibus magne aures τ ad ambiēdum corpus omne patule:nudis alioquin pro veste sunt. Eos greci quoniam auribus p strato quoq cum dormiūt vtant/ cōtegantq toti/ enotohoitous vocant. Strabo auctor. q̄q in india quoq reddunt eos aliqui:inter quos et. vij. libro Plunius.



De visontibus: vris et alce.

Siluestres Vri/bubali plerumque putantur
His sunt thaurorum cornua longa quidem.
Quos et visontes germania magna remittit:
Atque Alcen: mulo que fera persimilis.

In omni fere septentrionis plaga visontes sunt frequentissimi: qui boues sunt feris similes/setosi colla: equorum more: iubis horridi. vltra thauros pernicitate vigentes: capti asuescere manu nequeunt. Sunt et vri quos imperitum vulgus vocat bubalos: cum bubali fere ad ceruinam faciem in africa procreentur. Istis porro quos vros dicimus thaurina cornua intantū modum protendunt: vt dempta ob insignem capacitatem: inter regias mensas potuū gerula fiant. Est et alces: mulis cōparāda adeo propenso labro superiore: vt nisi retro cedens in posteriora vestigia: pasci non queat.

¶ De hyena ex Ouidio. li: 15. metamorphoseos

Alternare vices: et que modo femina tergo
Passa marem est: nunc esse marem miremur hyenam.
Decipit illa canes: vocem humanamqꝫ imitatur.
Et visu atqꝫ vmbra/incessum/motumqꝫ retardat.
Eruit/euoluit cineres atqꝫ ossa sepulchri.
Seuit vt in viuos: sic defunctosqꝫ molestat.

Hyena animal in africa precipue nascens: vtrãqꝫ ei naturã nõnulli existimãt/ ⁊ alternis annis marem: alternis feminã fieri: licet hoc Aristoteles neget. Collum ⁊ iuba cõtinuitate spine corrigit᷑: flectiqꝫ nisi circum actu totius corporis/ nõ potest. humanũ sermonem inter pastoꝝ stabula assimulat nomenqꝫ alicuius discit quem foras euocatũ dilaceret. Uomicionẽ etiam hominis imitat᷑ ad sollicitãdos canes quos inuadat. Qui forte si venãtes vmbrã eius/dum insequunt᷑ cõtigerit: latrare nequeũt voce perdita. Quodcunqꝫ deniqꝫ animal ter lustrauerit hyena: mouere se nõ potest. Qua ꝓpter magicam ei scientiã inesse ꝓnunciauerunt. Eadem hyena inquisitiõe corpoꝝ sepultoꝝ/ busta eruit: ꝓpterea ꝓmptius est marẽ capere. feminis eñ ingenita est callidior astucia. Uarietas multa inest oculis/oculoꝝqꝫ mutatio. In quoꝝ pupillis lapis inuenit᷑ hyen quẽ dicunt preditũ illa potestate: vt cuius hominis fuerit lingue subditus: predicat futura. huius generis coitu/leena ethiopica parit Crocutam: similiter hominũ pecudũqꝫ voces imitantẽ. Quod ⁊ Manticorã in ethiopia facere dicũt.



❡ Leonis nature cōparatio ad verā amiciciā. Ex Homero.

Utq; leo in sylua qui stat sua pignora circum:
Dans natis vitam/murmure/voce/sono.
Atq; gemens crebro nimium leo/viribus ingens
Cui catuli abrepti/dum petit ipse cibum.
Nam denso in saltu dolet/et vestigia scrutans
Insequitur: querens versat vbiq; nemus.
Sic fouet et refouet: vitam et dat amicus amico:
Hunc si perdiderit: sic dolet atq; gemit.

Leenas inter omnem vitam semel parere/eoq; vnico partu/nunq; edere plures q̄ vnum/ herodotus in tertio historiarum scriptum reliquit. Homerus autem leones (sic enim feminas quoq; virili genere appellat/quod grāmatici ꝑmiscuum vocant) plures gignere/ atq; educare catulos dicit. Aristoteles vero in libris quos de animalibus exquisitissime cōposuit. Leonem coire ꝛ parere nō omni tempore: singulis tamen ānis in vere parere: ꝛ magna ex parte geminos. Sed cum plurimos: sex catulos. Nōnunq; etiam vnum. Nec multis nascit̄ locis. Sed Europe totius/ea parte solum: que inter Acheloum amnem ꝛ Nessum est. Parit leena quoq; adeo paruos: vt vix post scd̄m mensem incipiant ingredi. Verū soli leones ex omni genere qđ dentatū vocant vident. ꝓtenus cum nascunt̄: vt Solinus refert.

K



De Milonis vita et morte.

Milonis si quis vires cognoscere querat
Supra naturam fortia multa patrans:
Quiqꝫ etiam insuetum mortis genus et miserandum
Eius scire volet: hoc legat elogium.

Milonem quendã athletam Crotoniẽsem ferunt egisse omnia supra ꝙ homo valet. Is enim thaurum in olympico certamię/ictu nude dextre occidisse dicit: ⁊ sine fatigatione/sup humeros suos ad stadij spatiũ deportasse: eumqꝫ soliduz qua mactauerat die/absumpsit solus/nõ grauatim. Hic tamen exitum vite miserandũ habuit. Nam cum etate grandeuus/relicta palestra: per syluestria Italie loca iter faceret: vidit quercũ prope viam/patulis in parte media ramis hiantem (vt creditũ est) volens an vlle sibi vires relique adessent experiri: imissas in cauernas arboris digitis: diducere ⁊ rescindere quercum conatus est. Ac mediam quidẽ partem discidit diuellitqꝫ. Quercus autẽ: cum ille (quasi perfecto quod erat cõnixus) manus laxasset: cessante vi/ rediit in naturam: manibusqꝫ eius retentis inclusisqꝫ stricta denuo ⁊ cohesa/dilacerandum hominem feris atqꝫ alitibus prebuit.



¶ Quomodo dentes crocodyli purgent.

Fluctibus vndosis Nyli crocodylus oberrat
Bestia quadrupedans: proxima queqꝫ terens.
Huic vsus lingue nullus: sed dentibus amplis
Queqꝫ animata fugat/persequiturqꝫ/vorat.
Cum rictum trochylo patulum facit: vt sibi dentes
Purget: at ichneumon/hunc necat ingrediens.

Crocodylon quadrupedē serpentē Nylus ꝓducit: forma fere per omnia dracontea: lingue tñ vsu caret. magnitudine excedit plerūqꝫ duodecim: vel vt alij volūt viginti cubitos: et vt ait Herodotus: hic omniū quas nouimꝰ bestiarū ex minimo maximus fit. Nam pullus iuxta oui quātitatē nascit: ꝛ q̄diu viuit crescere existimat vt Pliniꝰ ait: Viuit autē longo tēpore: vnguibus armatus est: ꝛ cutem superius habet cōtra omēs ictus inuictā: in vētre aūt mollem ꝛ tenerā: qua ꝓpter delphines vite eoꝝ in ea parte insidiant. Terribilis hec cōtra fugaces belua est: fugax cōtra insequētes. Quattuor mēses hyemis sine cibo viuit in specu. Cum satur est/sopitur in litore. Tum parua auis (vt appulegius de magia inquit) que Trochylos ibi vocat: latine aūt regulus dum pabula querit ꝛ reliq̄as escaꝝ affectat: os belue huiusce paulatim scalpit: ꝛ repurgat: mox dentes: preterea fauces: ad hanc autem scabēdi dulcedinē bestia q̄ꝫ maxime hians voluptate quadā somno premit. Quod cōspicatus ichneumon: siue vt Solinꝰ vult Enchrydus: penetrat beluā: populatisqꝫ vitalibus: erosa exit aluo.



De thauris indicis.

India Manticoram/thauros habet atq; feroces:
Cornibus hic pugnat bestia mobilibus.
Monoceros fera terribilis versatur in illis
Atq; vnum cornu fronte nitente gerit.

Indicis thauris color fuluus est: volucris pernicitas: pilus in cōtrarium versus. hi circūferūt cornua flexibilitate qua malint. Tergi duricia omne telum respuūt: ac tam immiti sunt ferocitate: vt capti/animas proijciant furore. Manticora quoq; nomine inter hec nascit/ triplici dentium ordine coeūt vicibus alternis. facie hominis: glaucis oculis/sanguineo colore: corpore leonino: cauda veluti scorpionis aculeo spiculata: voce tam sibila: vt imitet fistularū modulos/tubarūq; cōcinentiū. humanā carnem auidissime affectat. pedibus sic viget: saltu sic potest: vt morari eā nec extensissima spatia possint: Nec obstacula latissima. Sunt preterea boues vnicornes & tricornes/solidis vngulis nec bifidis. Sed atrocissimum est monoceros monstruz mugitu horrido: equino corpore: elephāti pedibus: cauda suilla: capite ceruino: cornu e media eius fronte ꝓtenditur splendore mirifico: ad longitudinem pedum quattuor: ita acutū vt quicquid impetat: facile ictu eius perforet. Viuus non venit in hominis potestate: et interimi quidem potest: capi non potest.



¶ De pantheris.

Pantheram hircanum varij fert sylua coloris:
Mansuetum nihil est sed fera tota in ea.
Quadrupedes alias miro attrahit illa colore:
Sed toruum fugiunt he caput: atq3 minax
Occulit inde caput ne fors videatur ab illis.
Ut sic decipiat/deuoret atq3 feras.

Panthere numerose sunt i hircania/minutis orbiculis super picte. Ita vt oculatis ex fuluo circulis: vel cerulea vel alba: distinguat tergi suppellex. Tradūt odore earuz/et in cōtemplatione/armenta mire affici: atq3 vbi eas psentiscant/pperato cōuenire: nec terreri nisi sola oris toruitate. Quaz ob causam pāthere abscōditis capitibus: que corporis reliqua sunt spectāda prebēt: vt pecuarios greges/odoris coloresq3 dulcedine inuitatos atq3 in obtutu stupidos populent diripiatq3. Locus aūt vastus eas securas reddit. Hircani tamen (vt hominibus intētatū nihil est) frequētius eas veneno q3 ferro necant. Aconito carnes illinunt: atq3 ita per cōpita spargunt semitarum: Quas vbi ese sunt: fauces earū angina obsident. Ideo gramini nomen pardalicen dederunt. Sed panthere aduersus hoc virus: excremēta humana deuorant: et suo pre ingenio pestem resistunt.



De tygribus.

Panthere similis tygris vario esse colore
Fertur in hircanis: et feritate pari.
Pernicitas tygri maior: prolis quoqꝫ cara:
Quam nimis impense diligit atqꝫ fouet.
Hanc si perdiderit: nulla est mora: turbinis instar:
Insequitur: celeri querit eamqꝫ gradu.

Tygres hircani atqꝫ Armeni ferunt. Sed in hircania ferociores: vt est apud Maronē. Sed horrēs causasus: hircaneqꝫ admorūt vbera tygres. Quod bestiarū genus insignes maculis note/ et pernicitas memorabile reddiderunt. Est enim velocitatis tremende: ꝛ tunc maxime cognite: cum capit totus eius fetus absente matre: qui semꝑ numerosus est. Quantumcūqꝫ eni raptores insidijs/ velocibusqꝫ equis vtant: ꝛ sibi equites succedant/ astuqꝫ quāta libet fuga amoliri predam velint: nisi in presidio maria fuerint: frustra est ausum oē. Nam vbi vacuū in reditu cubile feta reperit (mas enim sobolis curam non habet) fertur preceps: odore vestigia persequēs. Raptor appropinquante fera/ vnum ex catulis abijcit: Apprehendit illa morsu/ et quasi pondere aucta/ celeritate ad cubile reportat. Iterumqꝫ cōsequitur: donec raptor nauem ingressus: irritam faciat illius in litore feritatem. Notātur aliquādo (si quando raptores suos/ absportatis catulis renauigantes vident in litore) irritata rabie/ se dare precipites/ velut propriam tarditatem volūtaria castigantes ruina. Quanqꝫ de feto vniuerso: vix vnus queat subtrahi.



¶ De vrsarum ingenio.

Coniugij magna est vrsis reuerentia: nanqꝫ
Femina si grauida est: grandi in honore viro est.
Diuidit ille scrobes: parcitqꝫ vtero ingrauidato:
Lambendo formam dat catulisqꝫ suis.
Tanta quoqꝫ est sobolis illi cura: vt cibus omnis
Nil sapiat: donec viuere cernat eam.

Qua parte Numidia syluestris est feras alit: et in primis vrsos forma ceteris p̄stantibus: quibus hyemali tempore coeũtibus/cum femina grauida reddit: magno honore reuereť a maribus: ⁊ in eisdem licet foueis: partitis tamen per scrobes secubationibus diuiduntꝛ. Lucine illis ꝓperatius tempus est: quippe vterum trigesimus dies liberat: vnde euenit vt precipitata fecũditas/informes creet partus. carnes enim panxillulas edunt. quibus color candidus: oculi nulli: ⁊ de festina ĩmaturitate/tm̃ rudis sanies. exceptis vnguium liniamẽtis. has lambẽdo sensim figurant: ⁊ interdum ad pectoratas fouent: vt assiduo incubatu calefacte/animalem trahant spiritum. Interea cibus nullus. Sane diebus primis quattuordecim: matres in somnum ita cõcidunt: vt nec vulneribus excitari queant. Enixe quaternis latent mensibus. Mox egresse in diem liberum: tantam patiunť insolentiam lucis: vt putes obsitas cecitate. Inualidum vrsis caput. vis maxima in brachijs et lumbis: vnde interdũ positis pedibus insistũt: caputqꝫ frequẽtius vel manibus defensant: vel inter brachia occulunt.



¶ De pugna elephantorum et draconum.

Magna quoq̃ ingenij dos est cõcessa elephanto.
Sensibus humanis vim gerit ille parem.
Intellectus adest: discit/ memorat/ adorat:
Mutatur fragiles: precipitesq̃ leuat.
Pugna his interdum/ seuisq̃ draconibus atrox:
Fraus licet hos: illos ponderis arma iuuant.

Mauritanie montes elephãtis frequẽtissimi sunt: plurimũ hoc animantiũ genus discit: quippe cum iuxta sensuz humanũ intellectũ habẽt: memoria pollent: syderũ seruant disciplinã: luna nitescente gregatim amnes petũt. Mox aspersi liquore: motibꝰ q̃bus possunt exortũ solis salutant. deinde in saltus reuertunt. Candore dentiũ intelligit inuẽta. Quoꝝ alter semper in ministerio est: alteri parcit ne hebetatus assiduo rep̃cusso minus vigeat si fuerit dimicandũ. Cum venatu premunt: pariter cõfligunt vtrosq̃: vt ebore dãnato nõ req̃rant. hanc eñ sibi causaz inesse periculi sentiũt. Natu maximꝰ ducit agmen: Etate ꝓximus cogit sequẽtes. flumen trãsituri minimos antemittũt: ne maioꝝ ingressu alueũ atterãt: ꝛ ꝓfundos dep̃ssis vadis/ gurgites faciãt. Indici autẽ grandiores sunt africanis: ꝛ idcirco nobiliores. Mauritani etenim quasi paruitatis sue cõscij/ Indicos timent. Inter hos ꝛ dracones iugis discordia. Deniq̃ insidie hoc astu p̃parant. Serpẽtes ꝓpe semitas delitescũt p̃ quas elephanti assuetis callibꝰ euagant. Atq̃ ita pretermissis prioribus postremos adoriunt: ne qui antecesserint va-

leant vltimis opitulari. ac primũ pedes nodis alligãt: vt laqueatis cruribus impediãt gradiẽdi facultatẽ. Nam elephanti nisi preuenti hac spirarũ mora: vel arboribus seu el saxis applicãt: vt nisu ac põdere nitibũdo attritos necent angues. Dimicatiõis causam dicunt esse sanguinẽ qui elephãtis frigidior inest: ꝛ ob id a draconibus auidissime torrente estu captatur. Deniq͛ nunq͛ inuadũt nisi potu grauatos: vt venis ꝑpẽsius irrigatis maiorẽ sumant de oppssis satietatẽ. Nec aliud magis q̃ oculos petũt: quos solos expugnabiles sciũt. vel interiora auriũ: quia is tantũ locus defendi nõ potest ꝓmuscide Itaq͛ cum ebiberint sanguinẽ: dum ruunt belue dracones obruunt Sic vtrimq͛ fusus cruor/terram imbuit: fitq͛ pigmentum quicquid soli tinxerit: quod cinaberim vocant.



De Coralio. Ex Ouidio.

Sic et Coralium, quo primum contigit auras
Tempore, durescit: mollis fuit herba sub vndis.

Ligusticum mare frutices ꝑcreat: qui quãtisper fuerint in aquarũ ꝓfundis fluxi sunt/tactu ꝓpe carnulento. Deinde vbi vi supra attolluntur: naturalibus saxis obrigati/lapides fiunt: Nec solum qualitas illis/sed ꝛ color vertitur. Nam puniceo ꝓtenus erubescunt. Ramuli sunt quales arborũ videmus/ad semipedem frequẽtius longi: rarum est pedaneos deprehendi. Excuduntur ex illis multa gestamina. Habet enim vt Zoroastes ait materies hec quandã potestatẽ: Ac ꝓpterea quicquid inde fit: habetur inter salutaria: Coraliũ alias dicũt. Nam metrodor⁹ gorgiam noiat. idem q̃d resistat typhonibus et fulminibus affirmat.



De Tritamno neruoso.

Transuersos neruos/rectosq; Trytamnus habebat:
Et cancellata brachia/mēbra/pedes.
Talis erat natusq; suus fortissimus heros:
Pompeij miles qui fuit egregius.
Ille ita contempsit hostem: vt congressus inermi
Dextera/in armatum/victor vbiq; foret.

Varro in relatione ꝓdigiose fortitudinis annotauit/Tritamnum gladiatorem natura Samnitem fuisse: qui et rectis et transuersis neruis non modo crate pectoris/sed et manibus cancellatis et brachijs omnes aduersarios leui tactu/ac pene securis congressionibus vicerit. Eiusq; filium militem Gn. pompeij/parimodo natum: ita spreuisse hostem ꝓuocātem/vt inermi eum dextra/et superaret/et captum digito vno/in castra imperatoris sui deferret.



Be perdicibus boetijs.

[L]Ibera per terras omnes perdix reperitur:
Sed terra has stringit a boue nomen habens.
His quia ibi meta est q̄ nunq̄ exire videntur:
Cetera nec cernunt regna: ꝓpinqua licet.

Boetia regio e Europe [illegible] quam Cadmus Agenoris filius [illegible] [illegible] condidit [illegible] [illegible] [illegible] Ouidius li. 2. metamor.

[P]Erdices cum vbiq̄ libere sint/ vt aues vniuerse: in boetia non sunt: nec cum volant sui sunt iuris: sed in ipso aere quas transire non audeāt/ metas habent. Inde vltra notatos iam terminos/ nunq̄ exeunt: nec in atticum solum transmeant. Hoc boetijs ꝓprium. relique enim liberius peruolāt.

Perdix auis fraudis plena et fallacie: que decipiendi viatoris vias callet atque artes nouit: vt eum a pullis auertat suis



¶ De galloꝝ natura et perdice.

Qui videt inter se/non gratos viuere amicos:
Rem simul iniustam perficere alterutrum:
Illi sit merito maior patientia habenda
Fiat ab externis/si sibi conuicium.

Gallos quidam domi sue cum haberet: mercatus est perdicem: eamq; in societatem galloꝝ dedit/ vna cum illis saginandam. Eam vero statim galli pro se quisq; mordicabant abigebantq;. Perdix autem apud se afflictabat/ existimans. Ideo talia inferri sibi a gallis: q suum ab illorum genere alienum esset. vbi vero nō ita post aspexit/et illos inter se pugnātes/mutuoq; percutiētes: recreata merore inquit. Equidē post hac ego non afflictabor amplius videns eos etiam inter se dimicantes. ¶ Hec fabula innuit/ prudentem debere equo animo ferre cōtumelias ab alienigenis illatas: quos videt a domesticorum quidem iniuria non abstinere.



¶ De arimaspis et arympheis.

Gryphibus assiduum bellum est cum gente arimaspa
In media vnum oculum fronte/tenente quidem.
Nempe gryphes.ex cuniculis aurum/atq; smaragdos
Quos seruant:tollis hos arymaspe manu.
Gens sed arymphea/tranquilla et pacis amica
Absq; comis viuit/et sine lite simul.

Refert Herodotos libro quarto in asiatica scythia septentrionem versus populos esse arimaspos vnicū tantūmodo oculū in media fronte tenentes:hi cum gryphibus alitibus ferocissimis cōtinua bella gerūt. Nam ex cuniculis gryphes erūt aurum at smaragdos:sed arimaspi hec vi capientes comas quidem suas viri et femine auro innectūt. Dicente Lucano: Auroq; ligatas substringens arima spe comas. Ex aduerso vero altera in asia est gens ad initium orientis estiui/ vbi deficiūt rypheoꝝ montium iuga:quos dicunt arympheos:viros ac feminas tedet crinium:nam vterq; sexus comas tondet.arbustoꝝ frondibus gaudēt baccas edunt: amant quietem/non amant ledere. Sacri habentur: attrectariq; eos etiam a ferocissimis nationibus nefas ducit. Quicunq; periculum a suis metuit:si ad arympheos transfugerit: tutus est/velut asylo tegatur.

De Ibi et serpentibus.

Ibis se saturare solet serpentibus atris
  Atq3 oua illorum depopulatur auis.
Huic si dura cibis fuerit vel sordibus aluus
Rostro se purgat quo patefecit anum.

Circa nili fluminis ripas ales est Ibis: ea serpentum populatur oua: gratissimam ex his escam nidis suis defert. Sed rarescũt ꝓuentus fetuum noxioꝝ. Nec tamen aues iste tantũ intra fines egyptios ꝓsunt. Nam quecũq3 arabice paludes pẽnatorum anguium mittunt examina: quoꝝ tam citũ virus est: vt morsum ante mors q̃ dolor insequat. Sagacitate qua ad hoc valent aues excitate: in ꝓcinctum eunt vniuerse: et priusq̃ terminos patrios externum malũ vastet: in aere occursant cateruis pestilentibus. Ibi agmen deuorant vniuersum. Quo merito sacre sunt et illese: dicente Iuuenali: Ille pauet saturã serpẽtibus Ibim. Ore pariunt: nigras solum pelusium mittit: reliqua pars candidas. Unde apparet falsam esse illorum opinionem qui eandem et ciconiam esse arbitrantur.



De bello pygmeorum et gruum. Ex Juuenali.

Ad subitas thracum volucres/nubemq; sonoram
Pygmeus paruis currit bellator in armis.
Mox impar hosti: raptusq; per aera/curuis
Unguibus/a seua fertur grue. Si videas hoc
Gentibus in nostris: risu quatiere. Sed illic
Quanq; eadem assidue spectentur prelia: ridet
Nemo: vbi tota cohors pede non est altior vno.

Scribit Plinius pygmeos esse populos montana Indie vicina tamen oceano/salubri celo/semper vernanti. Horum qui longissimi sunt testat[ur] Gellius/nõ longiores esse q̃ pedes duos et quadrãtem. habentq; singulare bellum contra grues. Ut enim Homerus in Iliade ait de troianis contra grecos tendentibus/clamore et clangore sublato nõ secus ac grues solent: cum sidus hibernũ fugientes matutino tempore cum ingenti clangore cateruatim celo ferunt[ur]: ad oceanũq; se cõferũt. illature dirum pigmeis et mortiferũ bellum. Quibus pigmeus bellator in armis occurrit. Sed aliquãdo impar a grue rapit[ur]: et per aera curuis vnguibus deportat[ur]. Et addit Plinius: fama est arietum caprarũq; dorsis insidentes/armatiq; sagittis/veris tempore vniuerso agmine ad mare descendere: et oua pullosq; gruum cõsumere: ternis eam expeditionẽ mẽsibus cõfici. Aliter futuris gruib[us] resisti nõ posse.



De aucupe et volucribus.

Res priuata quidem et res publica/destruitur si
Seuiciam exercet preses.et anterior.
Condere qui cupiunt vrbes:et ciuibus illas
Amplificare bonis:hos decet esse pios.
Vrbes seuitia multe interiere regentum:
Egregios ciues qui pepulere procul.

Auceps tetenderat volucribus retia:q8 eminus intuens merula percunctabat hominem/quid negotij ageret: Ille respondit se cōdere vrbem:abijtqꝫ longius/ et sese abdidit. Merula vero verbis illius fidē habens:accedēsqꝫ ad escam iuxta retia appositaꝫ/capta est. accurrente aucupe inquit: O homo:si tu quidem talem vrbem condis nō multos inueniēs incolas. Hec fabula innuit/eo maxime modo rem priuatam et publicam destrui : cum presides seuitiam exercent. Qui habet aures audiendi audiat: discatqꝫ sese aliquātulum mitiorem suis exhibere cōciuibus. Et quod optimus ille imperator dixit: Malo retinere vnū ciuem:qꝫ mille occidere hostes. In bono eteni ciue:nōnunqꝫ totius reipub.salus cōsistit et cōseruatur.



¶ De Castoreo ingenio.

Diues ad astra petens imitetur castora: qui se
Eunuchum ipse facit/ cupiens euadere damno
Testiculi: vsq; adeo medicatum intelligit inguem
Diuitias locuples a se procul abijciat sic
Liber vt in celum possit sine pondere abire.

Castor preter ceteras quadrupedes in aqua durare dicit eiusq; genitalia ad artem medicã sane vtilia esse. Hic vbi videt se ab indagantibus hominibus captum iri (nouit enim q̃obrem indaget) ipse sibi genitalia precidit. Eaq; ad insequẽtes pijciẽs: hoc modo incolumis euadit. Hec fabula innuit huius exemplo prudentes debere pro adipiscenda salute. nullam rationem habere fortunarum.



De blemijs alijſqȝ monſtruoſis gentibus.

Ultimus ethiopus locus eſt prope ſolem orientem
Monſtriferas gentes qui creat innumeras.
Blemias quibus eſt os atqȝ in pectore vultus
Africa: in extremis finibus ethiopum.

Blemias (ſed nō eos qui vicinia rubro mari incolunt) credunt truncos naſci parte qua caput eſt: os tamen et oculos habere in pectore. eos circa gamphaſantes et troglodytas habitare dicūt: vbi et Satyri ſunt / de hominibus nihil aliud preferentes qȝ figuram: Similiter ⁊ Egypanes. Deinde in vltimis orientis monſtruoſe ſunt gentiū facies. Alie ſine naribus equali totius oris planitie: informes habent vultus: alijs concreta ora ſunt: modicoqȝ tm̄ foramine / calamis auenarum paſtum hauriunt. Nōnulle linguis carent: in vicem ſermonis / vtentes nutibus motibuſqȝ. plinius li: 7. nat: hist: ca: 2.



De muliere que plures pueros simul enixa est.

Hac sepelitur humo mulier que quinqꝫ gemellos
Enixa est vno forte puerperio.
Infantes vixere dies modicosqꝫ breuesqꝫ
Nec mater visa est viuere ab inde diu.
Quos tamen Augustus tumulo sepeliuit in vno:
Cum natis recubat/prolifera atqꝫ parens.

Aristoteles philosophꝰ memorie tradidit mulierē in egypto vno partu quinqꝫ pueros enixam. Eumqꝫ esse finem dixit multi iuge hominum partionis. Neqꝫ pluris vnqꝫ simul genitos cōpertum. Hunc autem esse numerum ait rarissimum. Sed et diuo Augusto imperāte: qui tempoꝛ eius historiam scripserūt: ancillam cesaris Augusti in agro laurente peperisse quinqꝫ pueros dicunt. Eosqꝫ pauculos dies vixisse. Matrē quoqꝫ eorum/nō multo postqꝫ peperit/mortuā. Monumentūqꝫ ei factū iussu Augusti in via laurentia/inqꝫ eo scriptum esse/ numerū puerperij eius. Fertur autem mirādius quidem portentum et nature forte inauditum: mulierem quandam francie orientalis (que germanie pars est) hoc anno quo hec scripsimus videlicet quindecim centesimo: intra mensium. xviij. curriculum/ duos et quinquaginta peperisse gemellos: omnes quidem pfectos: et (nouem dūtaxit aborsis) sacri baptismi fonte lotos.



De puero comedente alios pueros in antro.

Imberbis iuuenis/natura erat vsq̄ feroci
In foueam vt pueros duceret exiguos:
Atq̄ illuc tractos in partes frustaq̄ scindens
Mox crudas carnes: assaq̄ membra vorat.

Rem monstro similem prope Neapolim accidisse ferunt / decem milibus passuum in montibus Sume: quod est castrum eo loci situm. Puer lombardus tredecim annorū captus est: et ad pretorem pductus: qui iam duos infantulos trium annoꝝ comederat. Seducebat eos blanditijs in speluncam quādam: atq̄ ibi suspensos in frusta partiebat. partim crudas a recenti cede carnes edens: partim igni coctas. Fassus est se plures alios comedisse. Idq̄ se agere quoniā sapidiores reliquis carnibus viderent. Seq̄ denuo cōmesturuꝫ si posset. Cum dubitaret insania ne hoc faceret: cōsulte ad cetera respondit. vt feritate/ nō dementia factum constaret.



De puero quadrupede in agro florẽtino ex equa nato.

Me veronensi pariẽs equa nuper in agro
Quadrupedem humana cum facie extulerat.
Cunq; darem murmur: preter solitumq; sonabam:
Rusticus accurrens mox caput ense ferit.
Et baculo affixit sectum caput illud acuto:
Subleuat affixum mox quoq; in alta caput.
Cunq; necis fuerat causa explorata: tuetur
Hunc sua rusticitas, me mea fata premunt.

In agro veronensi monstrum editum fertur: Ex equa videlicet quadrupedẽ fetum humano capite ꝓgenitũ. Ad cuius murmur et vagitum/cõfusumq; humane vocis sonum: accurrẽs ruris illius accola: nouo attonitus spectaculo: exectum ingenti gladio monstri caput: ꝓpe semitã acuto baculo suffixit. Quam ob causam ad iudicium tractus: et de monstruosi partus origine: deq; occidẽdi causis interrogatus: horrore atq; abominatione rei dũtaxat se fecisse respondit. De ceteris nihil omnino Et rusticitas hominis: ⁊ publicatio facinoris quod occultari potuerat: suspitionem omnem ademerunt.



De quodam hermaphrodito: et eius vaticinio.

Cum mea me genitrix grauida gestaret in aluo:
Quid pariat fertur cōsuluisse deos:
Mas sibi phebus ait: Mars femina: Junoq3 neutrū:
Cumq3 fui natus hermaphroditus eram.
Querenti letum: Juno ait: occidet armis:
Mars cruce: phebus aquis: sors rata queq3 tulit.
Arbor obumbrat aquas: conscendo: decidit ensis
Quem tuleram: casu labor et ipse super.
Pes hesit ramis: subijt caput amne tuliq3
Femina/vir/neutrum: flumina/tela/cruce.

Hermaphroditum ex Mercurio et Venere dicunt poete progenitum: vt in maiori suo opere testatur Ouidius. Mercurio puerū/ et diua cythereide natum Naiades Ideis enutriuere sub antris. Cuius erat facies: in qua materq3 paterq3. Cognosci possent: nomen quoq3 traxit ab illis 7c. Eiusmodi partū Egyptij monstruosuz arbitrantur. atq3 tanq3 rem preter naturā abijciebant: si quādo aliquē nasci cōtigisset. Talis nuper genitus in Italia: ex astrologis quibusdam audierat: crucem sibi esse fatalem. Alijs ex aduerso asserētibus: fluenta sibi minitari interitum. nōnullis dicentibus: armis eum interiturū: que cuncta simul omnia: vno postea et eodem completa sunt tempore. Dum enim idem iam adultus arborem super aquam impendētem ascendisset: lubricanteq3 pe-

de corruisset: culter qui casu exertus/ trunco arboris inixus copule aciem in decidētem hermaphroditū direxit: atqꝫ illius pectus letali vulneri perfodit. Cum autem pedes eius/ ramis arboris hesissent: corpus vero deorsū dependebat quasi in cruce leuatus: caput amne submersum: locum ambiguo fecit oraculo.



Aenigma in thermis orcinijs a nympha speciosissima Joanni Reuchlin phorcensi oblatum. Anno. M.cccc.xcvij.

Inter hamadryadas et aprici pascua saltus
 Dum spatior: turba me comitante mea:
Cespes erat: viridisqꝫ suo de gramine campus.
 Illic visa fuit nobilis effigies.
Obstupuiqꝫ videns blande simulachra figure
 Nam nec erant Lemures: nec vel imago nocens.
Sed simul ad fontem quo sepe lauare solebam
 Se mihi nescio quid obtulit inter aquas
Dumqꝫ redire domum propero comitata puellis:
 Hoc quod nescio quid: se dedit et comitem.
Janqꝫ videbatur: mox se post saxa recondit:
 Nunc visum est longe: nunc prope adesse mihi.
Deniqꝫ conatur oculis illudere nostris:
 Et lateri nostro iungere forte latus.

Quin etiam studuit mecum concũbere lecto
Nudatumq; salax inhabitare thorum.
Nil magis ac phebo gaudet: mestumq; tenebris
Occulitur subito. dic modo quid fuerit.



Enigma Hieronymi Empser.

Regium quidam diadema gestat:
Temporum vates bonus/et pphета:
Miles auratum gerit atq; calcar
Dic modo quis sit:

Ipse materno teres et rotundus
Ventre processit: nec habens caput/nec
Ceteros artus: animamq; nullam:
Dic modo quis sit:

Inde natura melius fauente
Accipit sensus/animam/figuram:
Particeps vite: sociusq; mortis:
Dic modo quis sit:

Anteq; tandem moritur: piatur
Fonte sacrato: bene canditatus.
Itq; pro nobis miseris ad ignem.
Dic modo quis sit:

Ein prophet zwurent geborn wart
Rot was im seyn kron vnd bart
Noch tod getauffet sicherlich
Vnd vff gehencket iamerlich
Zu letst geworffen in das fur
Den armen sunderen zu stur
Die durch seyn tod synt sorgen fry
Nun rodt wer der prophet doch sy.



Alliud enigma.

Est bor in hoc seclo generatur: que duodenis
Frondibus ornata est: et redimita nimis.
Quilibet at ramus decies ternos quasi nidos
Sustinet: in nido sex quater oua cubant.
Nascitur ex ouo quouis / auis vna: duabus
Et sexaginta vocibus vsq; canens.
Candidus attondet / niger et mus omnia: donec
Murem / ouum / et nidos catta proterua voret.
Es ist ein baum der hat zwolff est
Yeder ast hat by drissig nest
Ein nest hat vier vnd zwentig ey
Zwey vnd sechtzig der vogel gschrey /
Bisz nagt ein wysz vnd schwartzer ratz
Baum / nest / ey / vogel fryst de katz
O got wie sorglich ist disz wesen
wer mag vor der katzen genesen.



¶ De mortuo: viuo ad sepulchrum deducto: loquente/ et risum mouente.

Sepe homines verbis persuadent: que neq fiunt:
Nec sunt facta: tamen credulus esse putat.
Integer ille quidem sapiens quoq: quem fatuum/ tres
Si fecisse volent: insipere efficient.

Erat Florētie stultus cognomine Migniaca: haud nimiū insaniens & satis iocūdus. Juuenes quidam faceti/ ioci gratia cum vellent ei psuadere/ illum grauiter egrotare. re cōposita: exeunte mane domo/ vnus obuiā fit, petens nunquid ei mali (cum facie esset immutata et pallida) cōtigisset: Nequaq̄ respōdit stultus. Cum paulum pcessisset longius: alius ex cōposito rogauit: an teneret febri: cum macra esset facie & egritudinem ostentante: Cepit addubitare stultus: verum quod dicebat credēs. Cum pdiret timidus lento passu: Tertius (vt cōstitutū erat) cōspecto illo: vultus ait tuus indicat te febri valida torqueri/ et grauem esse morbum. Timuit ille magis: et represso pede cogitabūdus animo pendebat/ an febricitaret. Tum supueniens quartus grauissime illum infirmari asserebat: mirariq se dixit: non illū in lecto esse. Suasitq vt domum e vestigio rediret: seq socium obtulit vt fratrē curaturum. Retrocessit stultus tanq̄ magna grauatus infirmitate. Et lectulū ingressus: expiranti similis videbat. Ceteri socij e vestigio domum pdeunt: dicentes: recte illum qui se in lecto collocasset fecisse. Paulopost superuenit quidam qui se medicum pfitebatur: & tacto

pulsu: testatus est egrum paulopost ex eo morbo periturũ. Deinde circũstantes lectum omnes/ dicẽtes alter alteri. Jam iste incipit mori. Jam pedes frigescunt: lingua balbutit: et caligant oculi: statimq3 expirabit inquiunt. Claudamus igitur oculos: et cõponamus manus: ⁊ ad sepeliẽdum feramus. et o q̃ magna iactura in istius obitu facta est: bonus enim/ et amicus noster: ⁊ se inuicem consolabantur. Stultus vt defunctus/ nihil locutus: persuaserat sibi se mortuũ esse posito in pheretro cum iuuenes illi per vrbem portarent. petẽtibus ceteris: quid nam rei esset: De Migniacam mortuum ad sepulchrũ deferre dicebant. Inter petendum/ multi ad ludum concurrebant: cum omnes Migniacam mortuum ad sepulturam deferre dicerent. Unus ex tabernarijs: o q̃ mala bestia fuit/ et fur pessimus ait: Dignus certe suspẽdi laqueo. Tum stultus cum hec audisset: erecto capite: si viuus essem sicut sum mortuus inquit: dicerem furcifer te per gulam mentiri. Qui eum portabant/ aborto risu maximo: hominez in pheretro reliquere.



De Gelonis et agathyrsis. *Ex Virgilio in Geor.*

Gens scythie est que ceruleo depicta colore
Plurimus vt color est: quisq3 ita nobilior.
Ima ferire pedis salientem sanguine venam:
Bisalte quo more solent: acerq3 Gelonus:
Cum fugit in rhodopen: aut in deserta Getharum:
Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Gelonus populi Scythie ... et agathyrsis ...

Geloni/ Agathyrsiq; populi sunt finitimi in thracia quos schytas vocat herodotus: hi vt Pomponius ait: ceruleo sunt colore depicti. Neq; hoc sine differētia fieri: sed quā to quis ante it: tanto ꝓpensiori nota tingit: vt minus tingi/ appareat humilitatis indiciū. Hi cum p deserta scythica discurrunt: sitientes/ equoꝝ suoꝝ venas pertundūt: ac sanguinez potant. Et vt Solinus inquit: De hostium cutibus: ⁊ sibi indumēta faciūt/ et equis suis tegmina: horum quidam de inimicoꝝ capitibus pocula faciunt. Illisq; in delitijs vtuntur.



De hyrpis/ et gymnosophystis. Ex Virgilio.

Summe deum sancti custos Soractis apollo
Quem primi colimus: cui pineus ardor aceruo
Pascitur: et medium/ freti pietate/ per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna.
Da pater: inquit Aruns: superos sic voce precatus.
Hos hyrpos longe precellunt gymnosophiste.
Unum qui statuunt solumq; deum esse colendum
Contemniq; iubent mortem: mala nulla patranda.

Hirppi in agro phaliscoꝝ populi sunt: qui sacrificiū annuum ad montem Soractem Apollini faciunt. Idq; operātes gesticulationibus religiosis impune insultant ardētibus lignoꝝ struibus: in honorem diuine rei flāmis parcētibus. Cuius deuotiōis mysterium senatus romanus munificentia

honoratus: hyrpis perpetuo omniũ munerũ vacationẽ dedit. Sed longe prestantiores gymnosophiste: qui vt Apuleius refert apud Indos prestabile genus hominũ sunt. obscure et per sentẽtias philosophantes. Dicentesq̃ vnum esse colendum deum: nil mali agendum: mortem quoq̃ cõtemni oportere. Cuius rei vt indiciũ faceret Calanus quem secum Alexãder abduxerit in flãmas ardẽtes se cõiecit: vt Strabo autor est.



De Essedonibus qui mortuos suos cantu sepeliunt: Et de hyperboreis.

Hos ego felices reputo demum atq̃ beatos
Qui bene viuentes: nec metuuntq̃ mori.
Mors etenim finem rerum facit vsq̃ malarum:
Post mortem/bona sunt multiplicata bonis.

Inter anthropophagos in asiatica parte numerant Essedones: qui parentũ funera cantibus ꝓsequunt. Capitũq̃ illoꝝ ossa auro incincta: in poculoꝝ tradunt ministerium. Que vltima (vt Plinius ait) illis sunt pietatis officia. Asiate vero neq̃ mirant aliena/nec sua diligunt. Satarche vsu auri et argenti dãnato: in eternum se a publica auaricia abdicauerũt. Est autẽ hiperborea quedã ꝓpe pterephon quem vltra aquilonem dicunt iacere/ gens beatissima. Eam asie quidam magis q̃ Europe dederũt: Alij statuunt mediam inter vtrunq̃ solem: antipodum occidentem: et nostrum renascentem: quod aspernat ratio / tam vasto mari duo orbes interfluente. Sunt igit in Europa/apud quos mũdi cardines esse credunt/et extremos syderum ambitus. his de celo

magnam clementiã aure spirant salubriter. nihil noxij flatus habẽt. domus sunt nemora vel luci. In diem victum arbores subministrãt discordiam nesciunt. Egritudine nõ inquietant. Ad innocentiã omnibus equale votum. Mortem accersunt. et volũtario interitu castigant obeundi tarditatem. Quos satietas tenet vite. Epulati delibutiq; de rupe nota precipitem casum in mare ꝓfunduz destinant. hoc sepulture genus/optimũ arbitrant. Tametsi in illo longe a christiana religione absint. Cum et sine ignominie nota: et simul eterne salutis dispendio: mortem sibi nemo consciscere debeat: Sed ea expectanda est ab rerum omnium conditore a quo et vita nostra ꝓcessit: qui ipse mortem suis immittit temporalem: vt illis vitam largiatur eternam. Amen.

¶ Mythologi Esopi clarissimi fabulatoris: vna cum Auiani et Remicij quibusdam fabulis: per Sebastianum Brant nuper reuisi: additisq; per eum ex varijs autoribus/centum circiter et quadraginta elegantissimis fabellis/facetis dictis/et versibus: ac mũdi monstruosis cõpluribus creaturis: Impressi Basilee opera et impensa magistri Jacobi de Phortzheim: Anno dominice incarnatiõis primo post quindecim centesimum: feliciter finiunt.

thh.-